
6
22-d
82


BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
10 A
3

GREGORIANA THAVMATVRGIA.

SIVE

Naturæ, atq; Artis admiranda

CHISIÆ Gentis laudibus illuſtrata, ac Romæ propoſita

In Gregoriano Societatis IESV Collegio,

Cum primùm Eminentiſsimus

FLAVIVS CARD: CHISIVS


ALEXANDRI VII.


PONT. OPT. MAX.

Fratris Filius,

Cum Excellentiſsimis Patre, ac Patruele illud inuiſeret,

ANNO SAL. MDCLVII.







ROMÆ; Typis HH. Corbelletti, 1657.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Mag. Sacri Palatij Apost.

M. A. Oddus Episc. Hierap. Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capisuccus Ordinis Præd. Sac. Pal. Apost. Mag.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FLAVIO CARD: CHISIO

Romanum Societatis Iesu Collegium
Felicitatem.

ONVALVIT tecum Roma, *Eminentissime Princeps*, quæ te grauiter ægrotante contabescebat: ac si securitas omnium in vno capite periclitaretur. Testes publicæ supplicationes, ac preces; quemadmodum enim olim sub Traiano, vnum omnium votum erat salus Principis. Plinius in Panegirico Traiani. Mærebat Roma fortè subuerita, ne cura tam sui, quàm Christianæ Reipublicæ in discrimen

vo-

vocasset salutem tuam. Nos quoque ex tuo periculo non paruam sensimus partem communis, & metus, & doloris. Versa erat in luctum cithara nostra, quæ paucos ante menses. Tuas, Tuorumque laudes pro virili cecinerat. Quamobrem ardenter pro tua salute Deum, ac Diuos obtestati sumus. Iam vero pubiicam Romæ lætitiam, sanitatem Tibi redditam gratulantis, priuata etiam nostra, vti par est, comitatur. Eius hoc Tibi pignus offerimus: Admiranda scilicet, quæ Tuo dignatus es aspectu, typorum æternitate Tuo nomini consecrata. Tu, qua nos humanitate beasti, nostra hæc (an Tua potius, ac Tuorum, quorum laudibus illustrantur?) excipe, atque ad salutem publicam diutius Vale.

Com-



COmmunem Romæ lætitiam, vbi Pontifices Maximi viros sibi non minus virtute, quàm sanguine propinquos ad purpuram simul euehunt, & partem Imperij, non alia meliùs exprimit lingua, quàm nobilium disciplinarum. festi quippè ignes, & læti strepitus tormentorum, oculis quidem luce, sonitu auribus eloquuntur: at animis surdi sunt prorsus, ac taciturni. Bonarum verò Artium voces, & characteres per auditum, aspectumque penetrant mentes eisque publica gaudia repræsentant. Hinc aliquando consueuit Romanum Societatis Iesu Collegium Pontificum consanguineos Purpuratos, curarum administros, excipere, significationibus honorarijs quà picturæ loquentis, quà mutæ Poeseos, quà Oratoriæ, & sonantis ab ore, & non silentis in pagina. Obsequiosi hæc animi argumenta alijs exhibita quanto iustiùs debebantur Eminentissimo Principi Flauio Cardinali Chisio: cuius Beatissimus Patruus, SEPTIMVS ALEXANDER, Soc. Iesu tàm frequentibus, tam varijs, tàm palmaribus beneficijs

onerauit:vt si quot in eadẽ recensentur Alumni, tot essent Oratores,& Poetæ,ac per omnẽ ætatẽ in tãti Pontificis(an Parentis?) laudem Orationes,& Carmina lucubrarent; nè minimam quidem partem persoluerent gratiarũ.

Vnum ergo Collegium hoc interpres omnium (quando compendium est propè omnium Nationum) commune gaudium, ex euectione dignissimi tanta gloria Principis, varijs debuit significationibus aperire. Difficilis est patientia gaudiorum (vti scribit Symmachus :) & lætitia loquax res est, & ostentatrix sui. Cùm præsertim diuturno huius Vrbis moerori sapientissimè adhibitum fuerit tàm salutare solatium. Nihil verò immoderatius est,quàm post longam tristitiam repens gaudium, ex Nazarij sententia. Vt igitur Gregorianum Athenæum ingentem hãc lætitiam exponeret in luce Romana;non satis habuit aduocare de more Poësim, atque Eloquentiam, duas illas frequentes laudum artifices: sed Philosophiam etiam, & Mathesim, Chisiorum gloriæ voluit ancillari. Illæ quippè pro suo ingenio fingendo, vel amplificàndo, fucare simul, & infuscare videntur veritatem. Hæ contrà eamdem quà rationibus, quà experimentis indagando, timorem inijcere nequeunt,nè fallantur, aut fallant. Chisiæ verò Genti amici Oratores, amici Poëtæ, periti omnes Artium amici: sed magis amica veritas.Vt autem scitè dixit Enno-

Sym. mach. l. 1. ep. 31. & 32.

Nazar. in panegyr. Cõstantini.

Ennodius, Iuſto liberior laudatio tantùm decerpit gloriæ, quantùm falſitatis adiecerit. Et eſt vana narratio, quæ creſcit ex mendacijs. Horum ſuſpicione caritura erant elogia tàm vincta numeris, quàm ſoluta: quæ Philoſophicis, & Mathematicis innixa experimentis, labare in fide non poterant. Quòd ſi hæc admirabilium nouitate rerum ſollicitare ad incredulitatem viderentur; ab eadem abducere debuerunt non auriti, ſed oculati teſtes longè plures, quàm duo: totque alia, vel naturæ, vel artis miracula; quæ in admirationem rapiunt, & creduntur. Heroica ſanè ſunt Chiſiæ ſtirpis, ac potiſſimum ALEXANDRI SEPTIMI Pontificis Optimi, Maximique præclara facinora; ideòque admirabilitate conſpicua, quæ virtutis Heroicæ propria eſt. Non alijs ergo, quàm admirandis rerum imaginibus exprimenda fuere. Rectèque monuit Caſſiodorus: ſic decet Dominum ſuſcipi, vt aliqua debeat nouitate gratulari. Neque hic Pictura colores, aut aliæ ſimulantes Artes ſua figmenta ſuppeditarunt; vt geſtæ res ab omni fictione nudæ apparerent; eaſque liberum eſſet cum eodem Auctore: vera laude deſcribere, & quodammodo hiſtorico colore depingere. Cumque ſolemnibus carerent parietes ornamentis, Chiſijs dici Pricipibus poterat, quod Amalaſunta ſcripſit Iuſtiniano. Veſtra gloria eſt noſter ornatus.

Ennod. in vita Ephiph.

Caſſiod. l. 12. Var. ep. 19.

Id in præfat.

Id l. 10. ep. 8

PARS PRIMA
GYMNASIVM.

VBi primum *Eminentissimus Cardinalis* CHISIVS cum duobus Eminentissimis susceptæ purpuræ socijs Iulio Cardinali Rospigliosio, & Hieronymo Cardinali Bonuisio: vnaque Excellentissimi Principes, Marius Pater, & Patruelis Augustinus in Romanum Collegium pedem intulere, præstolari eos videbantur in ipso aditu nobiles disciplinæ tum grauiores, tum amoeniores. Neque alijs vsæ officiosis verbis, quàm quæ affixa huiusmodi Epigrammata proferebant.

GRAMMATICA.

QVa puro veteris latinitatis
Aspergo teneras lepore mentes,
Docta clauigera haud rudis Mineruæ,
Etruriss procul arceo inficeti
Fœdam barbariem, ac malos solœcos,
Castæ perniciem locutionis:
Hic te conspicio libens, coloque,
Qui virtutis ad vnguem es expolitus

Tam

Tam bellè, graphicèque, vt eruditis
Nunquàm moribus, integroque nunquàm
Vllum feceris ore barbarismum.

HISTORIA.

PVra nuncia fida veritatis,
Vindex temporum, & eruditionis
Mater, scribere iam paro tuarum
Virtutum monumenta magne Flaui;
Quem solertia curiosa docti
Sacrabit calami, & mori vetabit
Nostro secula transilire longa
Dignum munere. Sic tamèn loquendi
De te materiem dabo disertis
Oratoribus, & dabo Poëtis,
Solis materiem vt negem tragœdis.

POETICA.

ADeste Vates ore Flauium pleno
Celebrate mecum grande Purpuratorum
Iubar, & decorum liberalium germen
Procerum, canoris ampla vatibus dona
Qui largientes dulciter coëgerunt
E colle Pindi, floridique Parnassi
In sena migrare iuga montium Musas:
Dignum Nepotem personate Alexandri,
Quem, vt imperantum Principem colunt Reges,
Vates adorent Principem Poëtarum.

ELOQVENTIA

ORis filia, cordium Imperatrix,
Parens eloquij. ferax profundi,
Quæ plausu attoniti fruor theatri
Manans flumine melle dulciori,
Consecrare licet perennitati
Possim quod solidum meretur æuum;
Tuis me tamèn imparem fateri
Cogor laudibus, ò decora Romæ
Flaui gloria, luxque Vaticani,
Cuius plus pudor est disertus oris,
Quàm facundia Rhetorum meorum.

MATHEMATICA.

DVci Parallelas ad orbis eiusdem
Non posse centrum lineas, tenax veri
Signis Mathesis euidentibus monstro.
At nostra demonstratio est semel fallax.
Namq; & in eodem circulo, & ad idem centrũ
Magnanime Flaui lineis Alexandri
Te ducere video lineas parallelas.
Nempè vna similium vtriusque curarum
Aeternitas est circulus, Deus centrum.



PHI-

PHILOSOPHIA

Natura quidquid fertilis parens rerum
Ditione vasta continet auida mente
Lustrare soleo veri acuta venatrix.
In Te sed oculos, mentis, & aciem Flaui
Dum figo, cernere mihi cuncta naturæ
Videor benigna munera. In tuum namque
Collegit animum quæ per omne dispersit
Rerum theatrum decora, & inclytas dotes.

ETHICA.

Licet optimarum sim magistra virtutum,
Rectamque cunctis indicem viam veræ
Felicitatis, Tu tamèn per exempla,
Flaui, beatæ facilius iter ostendis,
Normamque vitæ, candidæ que honestatis,
Per multa quàm præcepta vis queat nostræ
Artis docere. Quisquis ergo Te cernet
Præponere auro discet aureos mores,

THEOLOGIA.

Assueta pennis nubila, & solis rotam
Superare cursu, ac Triados augustissimæ
Spectare plenum lucis immensæ iubar
Regina doctrinarum, inoffenso pede
Diuina quæ percurro, Te cupido sacrum
Eius Nepotem Patris amplector sinu,

vocasset salutem tuam. Nos quoque ex tuo periculo non paruam sensimus partem communis, & metus, & doloris. Versa erat in luctum cithara nostra, quæ paucos ante menses. Tuas, Tuorumque laudes pro virili cecinerat. Quamobrem ardenter pro tua salute Deum, ac Diuos obtestati sumus. Iam vero publicam Romæ lætitiam, sanitatem Tibi redditam gratulantis, priuata etiam nostra, vti par est, comitatur. Eius hoc Tibi pignus offerimus: Admiranda scilicet, quæ Tuo dignatus es aspectu, typorum æternitate Tuo nomini consecrata. Tu, qua nos humanitate beasti, nostra hæc (an Tua potius, ac Tuorum, quorum laudibus illustrantur?) excipe, atque ad salutem publicam diutius Vale.

Com-



COmmunem Romæ lætitiam, vbi Pontifices Maximi viros sibi non minus virtute, quàm sanguine propinquos ad purpuram simul euehunt, & partem Imperij, non alia meliùs exprimit lingua, quàm nobilium disciplinarum; festi quippè ignes, & læti strepitus tormentorum, oculis quidem luce, sonitu auribus eloquuntur: at animis surdi sunt prorsus, ac taciturni. Bonarum verò Artium voces, & characteres per auditum, aspectumque penetrant mentes eisque publica gaudia repræsentant. Hinc aliquando consueuit Romanum Societatis Iesu Collegium Pontificum consanguineos Purpuratos, curarum administros, excipere, significationibus honorarijs quà picturæ loquentis, quà mutæ Poeseos, quà Oratoriæ, & sonantis ab ore, & non silentis in pagina. Obsequiosi hæc animi argumenta alijs exhibita quanto iustiùs debebantur Eminentissimo Principi Flauio Cardinali Chisio: cuius Beatissimus Patruus, SEPTIMVS ALEXANDER, Soc. Iesu tàm frequentibus, tam varijs, tàm palmaribus beneficijs

A one-

onerauit:vt si quot in eadẽ recensentur Alumni, tot essent Oratores, & Poetæ, ac per omnẽ ætatẽ in tãti Pontificis (an Parentis?) laudem Orationes, & Carmina lucubrarent; nè minimam quidem partem persoluerent gratiarũ.

Vnum ergo Collegium hoc interpres omnium (quando compendium est propè omnium Nationum) commune gaudium, ex euectione dignissimi tanta gloria Principis, varijs debuit significationibus aperire. Difficilis est patientia gaudiorum (vti scribit Symmachus:) & lætitia loquax res est, & ostentatrix sui. Cum præsertim diuturno huius Vrbis moerori sapientissimè adhibitum fuerit tàm salutare solatium. Nihil verò immoderatius est, quàm post longam tristitiam repens gaudium, ex Nazarij sententia. Vt igitur Gregorianum Athenæum ingentem hãc lætitiam exponeret in luce Romana; non satis habuit aduocare de more Poësim, atque Eloquentiam, duas illas frequentes laudum artifices: sed Philosophiam etiam, & Mathesim, Chisiorum gloriæ voluit ancillari. Illæ quippè pro suo ingenio fingendo, vel amplificàndo, fucare simul, & infuscare videntur veritatem. Hæ contrà eamdem quà rationibus, quà experimentis indagando, timorem inijcere nequeunt, nè fallantur, aut fallant. Chisiæ verò Genti amici Oratores, amici Poëtæ, periti omnes Artium amici: sed magis amica veritas. Vt autem scitè dixit

Symmach. l. 1. ep. 31. & 32.

Nazar. in panegyr. Cõstantini.

Enno-

Ennodius, Iusto liberior laudatio tantùm decerpit gloriæ, quantùm falsitatis adiecerit. Et est vana narratio, quæ crescit ex mendacijs. Horum suspicione caritura erant elogia tàm vincta numeris, quàm soluta: quæ Philosophicis, & Mathematicis innixa experimentis, labare in fide non poterant. Quòd si hæc admirabilium nouitate rerum sollicitare ad incredulitatem viderentur; ab eadem abducere debuerunt non auriti, sed oculati testes longè plures, quàm duo: totque alia, vel naturæ, vel artis miracula; quæ in admirationem rapiunt, & creduntur. Heroica sanè sunt Chisiæ stirpis, ac potissimum ALEXANDRI SEPTIMI Pontificis Optimi, Maximique præclara facinora; ideòque admirabilitate conspicua, quæ virtutis Heroicæ propria est. Non alijs ergo, quàm admirandis rerum imaginibus exprimenda fuere. Rectèque monuit Cassiodorus: sic decet Dominum suscipi, vt aliqua debeat nouitate gratulari. Neque hic Pictura colores, aut aliæ simulantes Artes sua figmenta suppeditarunt; vt gestæ res ab omni fictione nudæ apparerent; easque liberum esset cum eodem Auctore: vera laude describere, & quodammodo historico colore depingere. Cumque solemnibus carerent parietes ornamentis, Chisijs dici Pricipibus poterat, quod Amalasunta scripsit Iustiniano. Vestra gloria est noster ornatus.

Ennod. in vita Ephiph.

Cassiodo. l. 12. Var. ep. 19.

Id in præfat.

Id l. 10. ep. 8

PARS PRIMA

GYMNASIVM.

VBi primum *Eminentissimus Cardinalis* CHISIVS cum duobus Eminentissimis susceptæ purpuræ socijs Iulio Cardinali Rospigliosio, & Hieronymo Cardinali Bonuisio: vnaque Excellentissimi Principes, Marius Pater, & Patruelis Augustinus in Romanum Collegium pedem intulere, præstolari eos videbantur in ipso aditu nobiles disciplinæ tum grauiores, tum amoeniores. Neque alijs vsæ officiosis verbis, quàm quæ affixa huiusmodi Epigrammata proferebant.

GRAMMATICA.

QVa puro veteris latinitatis
Aspergo teneras lepore mentes,
Docta clauigera haud rudis Minerua,
Etrurisq; procul arceo inficeti
Fœdam barbariem, ac malos solœcos,
Castæ perniciem locutionis:
Hic te conspicio libens, coloque,
Qui virtutis ad vnguem es expolitus

Tam

Tam bellè, graphicèque, vt eruditis
Nunquàm moribus, integroque nunquàm
Vllum feceris ore barbarismum.

HISTORIA.

PVra nuncia fida veritatis,
Vindex temporum, & eruditionis
Mater, scribere iam paro tuarum
Virtutum monumenta magne Flaui;
Quem solertia curiosa docti
Sacrabit calami, & mori vetabit
Nostro sacula transilire longa
Dignum munere. Sic tamèn loquendi
De te materiem dabo disertis
Oratoribus, & dabo Poëtis,
Solis materiem vt negem tragœdis.

POETICA.

ADeste Vates ore Flauium pleno
Celebrate mecum grande Purpuratorum
Iubar, & decorum liberalium germen
Procerum, canoris ampla vatibus dona
Qui largientes dulciter coëgerunt
E colle Pindi, floridique Parnassi
In sena migrare iuga montium Musas:
Dignum Nepotem personate Alexandri,
Quem, vt imperantum Principem colunt Reges,
Vates adorent Principem Poëtarum.

ELOQVENTIA

ORis filia, cordium Imperatrix,
Parens eloquij ferax profundi,
Quæ plausu attoniti fruor theatri
Manans flumine melle dulciori,
Consecrare licet perennitati
Possim quod solidum meretur æuum;
Tuis me tamèn imparem fateri
Cogor laudibus, ò decora Romæ
Flaui gloria, luxque Vaticani,
Cuius plus pudor est disertus oris,
Quàm facundia Rhetorum meorum.

MATHEMATICA.

DVci Parallelas ad orbis eiusdem
Non posse centrum lineas, tenax veri
Signis Mathesis euidentibus monstro.
At nostra demonstratio est semel fallax.
Namq; & in eodem circulo, & ad idem centrũ
Magnanime Flaui lineis Alexandri
Te ducere video lineas parallelas.
Nempè vna similium vtriusque curarum
Aeternitas est circulus, Deus centrum.



PHI-

PHILOSOPHIA

NAtura quidquid fertilis parens rerum
Ditione vasta continet auida mente
Lustrare soleo veri acuta venatrix.
In Te sed oculos, mentis, & aciem Flaui
Dum figo, cernere mihi cuncta naturæ
Videor benigna munera. In tuum namque
Collegit animum quæ per omne dispersit
Rerum theatrum decora, & inclytas dotes.

ETHICA.

LIcet optimarum sim magistra virtutum,
Rectamque cunctis indicem viam veræ
Felicitatis, Tu tamèn per exempla,
Flaui, beatæ facilius iter ostendis,
Normamque vitæ, candidæque honestatis,
Per multa quàm præcepta vix queat nostræ
Artis docere. Quisquis ergo Te cernet
Præponere auro discet aureos mores,

THEOLOGIA.

ASsueta pennis nubila, & solis rotam
Superare curru, ac Triados augustissimæ
Spectare plenum lucis immensæ iubar
Regina doctrinarum, inoffenso pede
Diuina quæ percurro, Te cupido sacrum
Eius Nepotem Patris amplector sinu,

Gentile cuius robur haud nugas Iouis,
Chaonia vt olim Quercus; ast oracula
Diuinitatis vera gentibus refert.

Vt vero palàm omnibus esset, totam Poëseos venam è Chisijs montibus scatere: atq; insitam Roboream Quercum Poëtica mella sudare; hæc vtrinque appensa spectabantur insignia; ad dexteram Mons cum dicto.

Hinc fluit Aganippe.

Ad leuam Quercus, his verbis adscriptis.

Mella dabit musis.

In summa verò Aditus parte, & quasi fronte Gymnasij hæc exposita pendebat Epigraphe, tanquàm totius operis Epitome.

SAPIENTIA
CHISIAS INTER QVERCVS
DODONAEO VERACIOR ORACVLO
INTERPRETATVR ARCANA
RERVM NATVRÀ, AVT ARTE MIRABILIVM,
QVAE HIC SPECTANDÆ PROPONVNTVR
EADEM CARMINIBVS EXPONVNT
MVSAE CHISIIS MONTIBVS ACCERSITAE.

Hinc

Hinc introgressis patuit ingens Atrium Gymnasij porticibus coronatum, & circumiectis bonarum Artium palestris à tribus lateribus instructum. Earum in singulis sub ingressum, mensæ impositum; vel alia ratione propositum erat admirabile aliquod machinamentum: quod præfixa supra ostium scriptio, & pendentes vtrinq; adiunctę Odæ tum exponebant, tum Chisiorum laudibus accommodabant.

ADMIRANDVM

I.

Phœnix Aquaticus.

INgens erat ampulla vitrea, cōtinens aquā aeri prorsus impenetrabilis; cuius in fundo virentibus folijs herba pubescebat. Hæc anteà redacta in cineres, atque in vas illud aqua plenum coniecta Phœnicis instar è suis cineribus repullulauerat, vndiquè verò aditus aëri præclusus, nè ipsius vi planta marcesceret. Adeò vel herbarum integritatem claustra custodiūt; & viridis quoque pulchritudo quò tectior, eò tutior.

APODOSIS:

HAbent etiam plantæ Phœnicem suum, explicantem pro alis folia,

nec

nec aeri, ſed aquis imminentem, è cineribus ſuis herba renaſcitur in vitreo vaſe aqua incluſa, aëre ſecluſo. Chiſiæ Stirpis geminū hic decus agnoſce: immortalitatem, quia continuata laude repullulat; integritatem, quia ſemper cuſtodita.

CHISIÆ STIRPIS
Perennitas.

Reſeminato ex ignibus alite
Nè iam ſuperbi, patria fulminum
Ventoſa; quamùis inter omnes
Vnicus emineat volucres:
Captiua quando Carcere vitreo
Stirpem ſepultam limpha reſuſcitat;
Sinuque conceptos, virentem
Dat cineres renouare vitam.
Phœnix aquarum planta, ſimul ſua
Proles, Parenſque; è morte renaſcitur:
Vt ipſa non ipſa in liquenti
Perpetuùm vigeat Sepulcro.
Aeternitatis clarius in globo
Stirpis perennant germina CHISIAE;
Iam Sena, nunc ſeptena ſuprà
Culmina præradiantis Orbi.
Hac Macereti iam generis propè
Aquas ſalubres duxit originem.

Qua

Qua Sena turritum leuabat
Finitimas caput inter Vrbes.
Natos ad vndas continuat Patres
Splendore laudum non soboles minor:
Et morte fœcunda quot Orbi
Lumina dant cineres beati!
Vnus tot inter splendidiùs micans
Phœnix bonorum, non patitur parem,
Terris Alexander regendis,
Impositus, properante Cœlo.

AD EMINENTISS. PRINCIPEM
FLAVIVM
CARDINALEM CHISIVM.

Clausa Chrystallo, meliore fœtu
Planta pubescit: nequè credit auræ
Lenè adulanti reditura semper
Germina vita.
CHISIAE Gentis decus est vetustum,
Proprijs annos alere innocentes
Sedibus: donec stabilis virili
Robore virtus
Publicas tutò veniat sub horas.
Mentis herbescens vigor in paterno
Rectiùs crescit lare, mox daturus
Floris honores.
Indolem qualem indè tulisse gaudes,
Pondus immensum subiture FLAVI
Orbis

Orbis à magno Patruo Secundo
Iure regendi!
Fertur Alcides onerante Cœlo
Olim Atlantaos humeros leuasse,
Siderum molem, & vaga nil grauatus
Mœnia Mundi.
Antè sed clausas Linus inter vmbras
Pressit ardores malè sustinentes,
Spiritus mulcens animæ ferocis
Arte canora.
Iam satis tectis latuisse Princeps
Effer in solem radios, quibus iam
Ipse sol cedet. Tibi temperandus.
Supplicat Orbis.

ADMIRANDVM II.

Aestus Fontanus.

OCeanum augescentem in senas horas, ac decrescentem perspicuè ponebat ob oculos artificiosa Fontis moles, totidem horarum spacio fundens alternis aquas, ac resorbens. Commodius hic expressit humanum ingenium eam marini æstus imaginem, quàm olim imitatrix sui Natura effinxit, vel Gadibus ad Herculis delubrum in fonte ad putei modum incluso, simul cum Oceano augeri, ac minui solito; vel in insula parua contra fluuium Timauum: sic ipsi gaudent fonticuli patrissare.

APO.

APODOSIS.

MAris æſtum, cui ſe capiendum Philoſophus dedit, quòd eius cauſas capere mente non poterat; breui mole contractum Ars nupera repræſentat. An meliùs effinxit Senenſis Nobilitas, quæ Friderico Secũdo militauit, viciſſim parens, atque imperans? An optimè ALEXANDRI SEPTIMI alterna fortuna, quæ clauum tandem in Orbe ſuo fixit?

ANSELMVS MACERETI COMES.

A quo Gens Chiſia.

SCeptra, & coronas effigiem maris
Reciprocantis ritè vocaueris:
Cum limpha ſex inſultat horas
Littoribus, totidem reſultat.
Sectatur exemplum vndiſoni Patris
Non vnus humens filius: æſtuans
Seù Gadium fons ima in ora,
Seù rapido propior Timauo.
Ars ipſa Naturam æmula prouocat,
Senas in horas profluа, refluа.

Dum

Dum crescit, & decrescit unda
Æquoreos imitatur æstus.
Sic vidit olim regna reciproca
Anselmus (ex quò Chisia Sanguinem
Stirps alta duxit) Maceretum,
Iure tenens sibi deuoluto.
Cum Fridericus mœnia duplicis
Parmæ frequenti concuteret metu;
Senensis Vrbis fœderatæ
Auxiliare poposcit agmen.
Florem illa lectum Nobilium omnium
In Castra misit: corpora Principis
Qui stante muniret corona, &
Præsidio vigil excubaret.
Hi distributis fascibus inuicem,
Ternos gerebant imperium dies;
Et sceptra ponebant subindè
Nereos in speciem æstuantis.
Fidæ cohortis Tu decus inclytum,
Anselme, Auorum stemmata promoues
In maius: & Gentis futuræ
Signa leuas veneranda Terris.
O quantùm ab ista luce micat iubar;
Non Sena, non natalis Etruria,
Europa non omnis coercet
Luminis alluuiem perennis.



SEPTI-

SEPTIMVS ALEXANDER
Par vtrique fortunæ.

LVdit, ad Terram Oceanus liquentes
Porrigens vlnas; refugoque rursus
Impetu spernens, modò multùm amata,
Ora marita.
Ludit, & fortuna suum per Orbem,
Nunc capillata obuia facta fronte,
Nunc procul verso fugiens, comarum
Paupere, dorso.
Ludere in rebus superum potestas
Gaudet humanis, pila ludibunda
Numinis dextra est agitata vasti
Machina mundi.
Præstat infestis, releuat Secundis.
Sic *fluit vitæ, refluitque cursus.*
Docte ALEXANDER studuisse sortis
Pagin*a vtrique,*
Quanta Te primis acies ab annis
Ingeni ad doctas stimulabat artes?
Pondus *attantum tenues vetabant*
Sumere vires.
Maior hinc ætas oneri fuit par;
Po*stmodùm Rheni populis Quirini*
Nuncium per Te patuit Parentis
Alta potestas.
Dumque te Gentis colit omnis ordo:
Morbus ad mortem lapidosus vrget;

Ni

Ni salutari fugiat resectum
Vulnere Saxum.
Roma te demum pia Vaticani
Sede sublimem obsequiis adorat.
Tanta sed cunctis inopina rumpit
Gaudia pestis.
Ipse Dauidis *pius æmulator,*
Molliens iram superum, in vacantem
Ire vaginam stimulas minasem
Alitis ensem.
Hos & accessus maris, & recessus
Vincit excelsæ tenor iste mentis.
Idem in aduersis simul, & secundis
Perpetuò stat.

ADMIRANDVM III.

Columbæ Imago volans.

VT olim Tarentinus Archytas volitantem Columbam ligneam architectatus est; ità recentior Mathematicus, chartaceam. Illam scribit ex Phauorino, veterum memoriarum exequentissimo, Gellius, nec ipse indiligens, ratione, disciplinaq; mechanica factam, libramentis suspensam, & aura spiritus inclusa, atque occulta concitam. Hæc verò diuersa erat artificio: par admirabilitate. Vidisses auem non auem; alas explicantem non pennis instructas, sed penicillo du-

ductas, à terra ſublimem, in aëre penſilem radere iter non ſuum; ad arbitrium alienum ſuſtolli, agitari, circumferri; vitam ſolùm deeſſe crederes: neque hanc, ſi plumę ineſſent,

APODOSIS.

COlumba, quæ ab exemplo Arch... ...tæ, non anima, ſed arte animatur; duos exprimit è CHISIA Gente virtutis candore notabiles. Alter Ioannes fuit è numero Beatorum, qui vrticis vri maluit, quàm ignibus voluptatis. Alter SEPTIMVS ALEXANDER, qui poſtquàm pacis Nuncium egit in Germania, Oliuiferæ Columbæ ſucceſſit in Vaticano.

B. IOANNES CHISIVS Auguſtinianus.

TErra Mariſque Menſor, olim lignea
Menſus Columba, & Aerem;
Elementa docuit eſſe ſapientum in manu.
Ars edocet recentior,
Fictam volucrem motibus veris agi.
Humana mens mouet omnia.
Quidni magis Diuina? nempè hac in ſacram

Egit Columbam CHISIAM
Ex Vrbe Eremum; cui dicatæ Numini
Fecere nomen Ilices.
Dici Columba iurè, IOANNES, *potes*,
Vita tot annos integer.
Impura quoties flamma cor succenderet,
Corpus volutabas humo;
Vrtica quam mordente folio strauerat.
Neuè vrereris intimè.
Nudis iuuabat artubus aduri foris.
Ardoris ingenium sacri?
Casti pudoris, hostica in tela ignea,
Quot extudit clypeos amor?
Spinis obarmat molle Benedictus latus.
Franciscus apponit niues.
Bernardus vndis improbas arcet faces.
Vrtica Ioannem tegit.
Colere Columbæ candidos amant lares.
Hic perpeti custodia
Aedes tueri peruigil sacras Deo
Annos per omnes institit.
Nec euolare ad astra censuit arduum,
Terrestris ot Cœli incola.



ALE-

ALEXANDRI SEPTIMI

Itinera.

PRotende Syluæ filia mobilis
Columba pennas non auibus datas;
Quo te Tarentinus creator
Artifici iaculatur aura
Velociori transuolat impetu
Montesque, Camposque, & Maria, & Lacus
Ad prima mandata Imperantum
CHISIA Pontificum Columba.
Vrbs flexuosum qua sedet ad Padum,
Ferraria hæc est. huc prior aduolat:
Pestemque *grassantem per omnem*
Aemiliam procul esse cogit.
Mox Africano pergit ad insulam
Ponto incumbantem, Sedem Equitum sacram.
Hic Ordinis suadet Magistrum
Lege noua sine fraude dici.
Rheno adiacentem cerne Coloniam;
Et Nuncium illic suspice CHISIVM;
Qualis Palæstinas *in Vrbes*
Missa frequens, adijt Columba.
Et nomine Vrbs est Cœnobij inclyta.
Plenæ hic Senatum ex *Orbe potentiæ,*
Pro pace Terrarum struenda,

CHISIVS associat sequester.
Lasso viarum Roma *quies erit,*
Et meta rerum. Pontificalibus
Admissus arcanis:nitebit
Indè *sacro venerandus Ostro.*
Ad Vaticani denique culmina
Tolletur, Orbis *Sceptra ferens manu.*
Maiorque ALEXANDER vetusto,
Ille quod ambierat, tenebit.

ADMIRANDVM IV.

Ignis ex Aqua.

Arist. de gener. anim. l. 4 c. 4.

Monstrum hoc luculentum (partum nempè à generante degenerantem, ex definitione Philosophię) inspectandi gratia frequentabantur olim Samosatæ in Comagene, Austagenæ in Pharta, Chimera in Phaselide, Hephestij Montes in Lycia, Nimphæum apud Apolloniates, Sputha in Media, Dodona in Chaonia, & alia gentium aliarum loca. Iam verò in hoc Orbis terræ compendio inter alia multa miracula, & id videre licuit, vt nunc etiam comprobaretur, nihil vspiam esse, quod Romæ non sit: ac propterea Mundi Mundum eam rectè appellari. Massa igitur quadam bituminosa in aquam iniecta, flamma statim emicuit

Plin. l. 2. c. 104. & seq.

Propert. l. 3. eleg. 21.

cuit. Quasi non solæ sint nubes aquosæ fulgurum genitrices.

APODOSIS.

EN vt contrà vetus verbum, imbellis ferocem progenerat. Quid aqua magis imbelle; quæ omnibus cedit? Quid igne ferocius; qui omnia consumit? artis hoc est, an naturę miraculum? Vtriusque. Maius tamen exhibet magnificentia Chisiorum Augustini, atque Alexandri. Namque splendor in diuitibus admirabilior, quàm ignis in aquis.

AVGVSTINVS CHISIVS
Dictus Magnificus.

QVid hoc noui est miraculi; quod credere
Vix oculus audet; qui videt?
Inimica flammas concipit lympha, & parit?
Non ortus hic; abortus est.
Seruare facibus vnda quî didicit fidem?
Quis reuocat antiquum Chaos?
Et calida gelidis implicat, sicca humidis?
Miraculum in aquis grandius
Patefecit Augustinus; vbi spectaculum
Dedit in Theatro fluminis:

 Vi-



Vidisse quale Roma vix erat memor,
Spectaculorum haud infrequens.
Quà CHISIOS *Tyberina (nunc Farnesios)*
Aqua lambit hortos, & lares:
Pontifice digna Decimus assedit Leo
Mensa, & corona non procul
Capiti Orbis aqua, Purpurati tres, quater.
Hac nempè amicum Principem
Excepit Augustinus obstrictum priùs
Beneficiorum vinculis.
Et quod Poesis Prases *aderat maximus;*
Conuiuium *erat in Apolline.*
Talem Deorum duodecim Cœnam *dare,*
Auguste Cæsar sueueras.
Splendoris at miraculum hoc summum fuit.
Qua mensa retrò miserat
Epulis adhuc onusta vasa argentea, in
Famelica... era Pauperum
Clementer exonerata, auaro Tybridi,
Libanda scilicet dabat,
Non haurienda, cauta famulorum manus.
Nam caca in vndis retia
Iactum parabant sumptuosum sistere,
Ibi quanta vis argenti erat?
Numquam bis eadem mensa vidit vas idem.
Sic *emicabat ex aquis*
Insitati flamma splendoris, iubar
Geminare diuitias docens.

A I E-

ALEXANDRI SEPTIMI
Pia Magnificentia.

VT iure lautam Magnifici, & Pij
Hæreditatem nominis occupas,
Maiorum, ALEXANDER, tuorum
Splendidiore manu æmulator!
Per Te Parentis regia Virginis
Sedes, cupido Pacis ab arbitro
Quam Principum Sixto impetrauit;
Ex veteri iuuenescit æuo.
Frontem nouellam pulchrior induit:
Lunata dum se porticus explicat,
Serto, & columnarum nitenti
Vestibuli faciem coronat.
Quin vt theatrum nobile præstruant
Scenæ huic, Sacerdos Actor vbi facit
Gestus, adorantes recedant
Finitimæ sapienter ædes.
Templum sacello ornauerat inclyto,
Colore vitam qui Raphael dabat.
Sed prodigo Augustinus auro,
Viuere posse dabat colori.
At lætior quò me species rapit?
Quà porta in Vrbem Flaminia excipit,
Ingressui exornata fausto;
Virginea, & Popularis ædes.

Calcat Neronis iam Tumulo solum
Contaminatum, nunc Mariæ sacrum:
Hic splendidum Augustinus idem
CHISIVS *instituit* Sacellum.
Affudit ingens huic Raphael *iubar,*
Sed largiori lumine fulgurat,
Te nunc, ALEXANDER, *tot Orbes*
Æthereos fabricante in Vrbe.
Vtrinque stantes Pyramides nouæ
Sepulcra non tam CHISIA *præferunt:*
Viuacitatem quàm per omne
Magnificæ pietatis æuum.

ADMIRANDVM V.

Motus Continuus.

QVadrata moles erigitur, in cuius facie canaliculi extantes ità dispositi sunt, vt in obliquum vergentes sese inuicem excipiãt. Adeòque si quod pondus in summo ponitur, ad imum serpendo delabitur. Tum è plumbeis globulis numero sexdecim, vnus in fastigio primi canalis collocatur. Is in præcipiti via statim ruens, per alios subiectos deuoluitur, ac demum se se intrà machinam recondit. Interea orbiculus alius è culmine molis prodiens in supremum canaliculum, idem peragit iter: Et sic alius, aliusque deinceps. Dum enim

enim vnus in imo abditur, erumpit alter in summo. Nec mora interijcitur motui, nec requies labori. tam facile rebus creatis est ruere in præceps.

APODOSIS.

ORbis Terræ imaginem quæris? Machinam intuere, in qua plumbei orbiculi continenter descendunt, atque ascendunt. Hic etiam agnosce Melitésium Equitum vitam: Inter quos Christophorus Chisius perpetuo motu liberalitatis enituit; & ALEXANDRI VII. virtutes, quæ semper actuosæ, dum quiescunt in solio, pro Ecclesia non quiescunt.

CHRISTOPHORVS CHISIVS Eques Hierosolymitanus.

HVmana si quæ cernimus, omnia
Motu rotantur perpetuo: dare
Quid hunc recusatis, reuinci
Difficiles Sophiæ palestra?
Sagacitas en mira Mathesios
Procudit artem, qua reuolubiles
Globi vsque currunt, & recurrunt:

Nec

Nec requies datur vlla motus ;
Talem inter vmbras fama canit vetus,
Fatale Saxum voluere Sisyphon ;
Et conscium æterni laboris
Ferre onus instabile, ac referre ;
Terræque alumnum sic Tytion ferunt
Fœcunda pœnis viscera vulturi
Præbere pascenti : & renasci
Semper ea, interitura semper.
Et hunc perennis circuitum via
Experta nouit sacra Equitum cohors ;
Olim Sionem quæ, Rhodumque,
Nunc Meliten tenet æstuosam.
Hos inter haud vnum enituit datum
Virtutis astrum ex æthere Chisio.
At vnus è cunctis sit, omni
Christophorus memorandus æuo.
Qui liberalis munere dexteræ
Periclitantem pauperiem leuans,
Sparsis puellarem quotannis
Dotibus asseruit pudorem :
Idemque sacræ militiæ additam
Larga Iuuentam sustinuit manu :
Virtutis amplo vt martialis
Curreret in stadio expedita.
Nunquàm erogandi lassa benignitas.
Motu perenni perpetuam sibi
Illic adornauit quietem ;
Vndè labor fugit, vndè motus.

ALE-

ALEXANDRI SEPTIMI.

Perpetua virtutum exercitatio.

SAcranda Historiæ, & Carminibus tibi
Vitæ quotquot eunt tempora, Pontifex;
Cessare indocilis pigra per otia
Virtutum series notat.
Æui nulla dies hac sine linea.
Te digressum vtero viderat ostiès
Vultu luna nouo, cum bibere abnuis
Lac nutricis ab vbere;
Almæ tam cito dulcedinis abstinens.
Non molles puerum deliciæ iuuant,
Non ludi at calamum dextera sustinet.
Librum læua adapertilem.
Quæ pars Te iuuenem nacta frequentiùs
Felicis Patriæ? num fora ciuibus
Stipata; & pugiles visere feruidos
Assueta æstibus annuis?
An sedes superum diues honoribus;
Sepè afflata tui cordis anhelitu?
Iam Te Roma virum suspicit. hic iter
Virtutum assiduum stetit?
At qua luce patens emicuit magis
Nunquàm fracta fides, candida veritas,
Mores ingenui, imperuia castitas,
Et narrata modestia?

Te

Te Ferraria vbi Præsule gestijt;
Quæ prudentia se conspicuam dedit?
Quæsitor Melitensi additus Insulæ,
Palmam Iustitiæ refers.
Splendor Teutonicis exoriens plagis,
Vincis integritate Indigenas tibi,
Blandis hospitijs allicis Exteros
Omnes officijs beas.
Terrarum impositus denique vertici,
Quas virtutis opes perpetuò explicas!
Horas non Clarij sideris orbita,
Sed factis numeras tuis.

ADMIRANDVM VI.

Colorum Chaos.

Vitreum vas est Cylindri, seu Columnæ forma, superiùs conclusum, inferiùs fulcro insistens, liquores in eo quatuor discolores, totidem elementa præseferunt: subrubicundus in summo ignem, subiectus cærulus aerem, inferior cyaneus aquam, postremus subniger terram. Quòd si vas hoc inclinetur, aut deuoluatur; colores illi omnes ità permiscentur, & confunduntur, vt fabulosum Chaos extrà fabulam repræsentent,

Ouid. 1. metam. *Congestaque eodem*
Non benè iunctarum discordia semina rerum

sirur-

si rursus rectum statuatur; ad suum locum, & situm humores redeunt: & liquidus ille mundus ritè componitur. Illustre documentum: tunc omnia rectè disponi, cum diriguntur in Cœlum.

APODOSIS.

DIscordium elementorum litem Auctor naturæ diremit in Mundo: humanum ingenium discreuit in vitro. Indè suum cuique locum tribuere didicerunt: Et FLAVIVS CHISIVS Pater, qui Sacerdotibus, sibi famulantibus, dexterum latus cedebat: & ALEXANDER Pontifex Filius, qui debitis omnes cumulat honoribus; adeòq; in honorum culmine meritò cōstitutus.

FLAVIVS CHISIVS, ALEXANDRI VII. PATER.

Vidit in paruo simulata vitro
Ætheris magni spatia, & meatus,
Archimedææ monumenta dextræ,
Docta vetustas.
Cui recens æuum vt nihil inuideret;
Mole Chrystalli Ars elementa clausit

Quat-

Quattuor, luce & varia colorum
Singula finxit.
Cernis ut moto reuoluta vitro
Machina antiquum Chaos *æmulatur?*
Clara & obscuræ species inhæret,
Candida nigræ?
Mox vbi certa statione sedit;
Ignis in summo rubet: hîc & aër
Cerulus, Candens *& aqua: ima tellus*
Occupat atra.
FLAVII *Magnum senioris instar:*
CHISIVM *quo se genus omne iactat.*
Iactat at se se magis ipse celsa
Prole beatum,
Quam caput rerum veneratur orbis.
Is locum cunctis tribuisse lætus
Debitum; non se Dominum paternæ
Nouerat aulæ.
Si Domus *in seruitio Ministrum*
Numinis Proli *impositum videret.*
Dexteræ hunc primos iubet occupare
Comis honores.
Digne, Sacrati *memorande cultor*
Ordinis, cuius soboles colatur
Summus humani generis Sacerdos.
Non secus olim.
Sanguinis fons Austriaci Rodulphus,
Cum sacro Mysta gereret minorem
Se, per æternum imperium beauit
Seque, suosque.

ALE.

ALEXANDRI
SEPTIMI
Iuſtitia.

PRimæua rerum corpora, quæ malè
Tumultuoſum miſcuerat Chaos;
In proprias diſcreta Sedes,
Dextra Dei Sapiens *locauit.*
Ius cuique, & æquum reddere qui ſciat,
Summam æmulari dic ſapientiam.
Nec mirum, ALEXANDRUM ſecundos
Numinis obtinuiſſe bonores:
Cui ſemper idem Iuſtitiæ *tenor*
Famam per omnes explicuit plagas:
Paduſque quà ſerpens inundat;
Quàque ferox premit arua Rhenus.
Illic volentes per populos priùs
Sparſit Quirinæ *Iura potentiæ:*
Nactæque ferri nomen Vrbi
Sæcla tulit redeuntis auri.
Vbi exulantem mœnibus abſuis,
(Vt imperat ſors imperijs) ducem
Decente Mantouam recepit
Hoſpitio, neque Gallicani
Regis Parentem *Teutonicis diù*
Tenere fugit finibus hoſpitem.
Sed regij in Reginam honoris
Roma recens documenta cepit:

Spon-

Spontè abdicatis cum Borealibus
Christina regnis, Romuleam fidem
Tribus præoptauit coronis:
Nuda caput, sed amicta Sole.
Quæ pompa Regum, *aut gloria* Cæsarum
Opes Quirinas æquet, & Italas;
Excepta queis Regina palmam
Omnibus eripuit triunphis!

ADMIRANDVM VII.

Arca Musica.

AMbigas diù, musicum nè hoc opus, an musiuum appelles. Varijs namque Arca distinguitur loculamentis in quibus tesserulæ, diuersis numeris consignatæ, vermiculatam referunt structuram. Huius beneficio, Musices imperitissimus quisque breuis horæ spatio canendi non peritus modo, sed & magister euadet: si ad hoc Musicum promptuarium accedat: tessellas eligat, quas ad cātionis genus sibi propositum aptas cognoscit: eas ordine, qui scitam reddat harmoniam disponat; ordinatas indè musicas notas referat in palimpsestum. Itaque hac Arca Musica meliùs[illegible], quàm Arca magica Pamphiles, vel Circes; poterit quispiam repente transformari ex Arcadiæ pecude in atticam Philomelam,

APO-

APODOSIS:

ARcam vides, vndè non educuntur nummi ad numerandum; sed numeri ad numerosam harmoniã texendam. Hac tamen suauiorẽ concinnauit suarum concentu virtutum AVGVSTINVS CHISIVS Diui Stephani Eques. Suauissimam verò SEPTIMVS ALEXANDER; Vbi Venetæ ditionis præcipuas Vrbes Societatis Iesu nomen docuit resonare.

AVGVSTINVS

CHISIVS

Diui Stephani Eques.



MOres harmonica quis sub imagine
AVGVSTINE tuos cernere nesciat;
Quos Florentia signat,
Tyrrhenorum Equitum decus?
Concentum è variis laudibus integrum
Admirata Parens Sena, precarijs
Te præfecit Alumnis,
Quos ingens numerat Domus.

C *Om-*

Omnis sollicitè Præsidis (an Patris ?)
Hic exples numeros; lumine prouida
Cunctis prospicientis
Exemplar meditans Dei.
Incorrupta fides, & rigida æquitas
Deuinxere Tibi pectora Principum,
Queis pulcherrima rerum
Se subiecit Etruria.
Turritæ hinc patriæ, non alijs datas,
Claues sæpè tuæ suscipiunt manus:
Custoditus & idem es,
Et custos fidei tuæ.
At clara Vrbe tibi tum pretiosior
Thesaurus facili à Numine creditus:
Cum post fata Parentis,
Commissus Fabius tibi.
O si sera dies antè patesceret!
Si nosses pretium, quod geris in manu:,
AVGVSTINE; Colonis
Te Cœli assereres parem.
Curis ergò tuis Christiadum genus
Debet præsidium, & grande decus suum;
Fœlix dextra rigando
Quercum hanc imbribus aureis:
Quæ terram vmbrifero vertice proteget.
Tot latus meritis, dum moreris, sacra
Cantas carmina. sic es
Viuens, & moriens olor.

ALE.

ALEXANDER
SEPTIMVS
Societatem Iesu Venetis reddit.

AVditis? Vrbis per iuga Romula
Septem canorus quis reboat sonus?
Et vndè tam festus resultat?
Littoris Adriaci ab recessu.
Effusa vocum lætitia intonat.
Quæ verba mentem cantibus inserunt?
Maris per anfractus IESVS,
Per nemorum latebras IESVS.
Prædulce nomen personat auribus,
Vitale nomen cordibus. Obuios
Efferte concentus, sodales,
Et resonos iterate plausus.
Regina longi nobilis Adriæ
Pubis nouellos instituit choros;
Notasque doctrinæ disertas
Omne docet resonare littus.
Quis prouocanda ad gaudia musicos
Vocum magister composuit modos?
Rex nempè ALEXANDER sacrorum, &
Aonidum moderator idem
Chordas canoro fœdere nexuit,
Et corda consensu harmonico imbuit;
Vernante iam solers ab æuo

Fila lyræ stimulare plectro.
Senensis illum collis Apollinem
Cingebat omnis Pieridum cohors,
Ab ore suspensa, & per aures
Nectareo ebria facta versu.
Seù florul ntum Numine diceret
De virginali ver oriens humo;
Seù sutilem ad cymbam secundas
Magdalidi rogitaret auras:
Siuè in Tragœdi Syrmate lacrymas,
Pompei, ruina colligeret tua:
Cum scena Syluarum pependit,
Et Chorus accinuit volucrum.

ADMIRANDVM VIII.

Humidi Aëris Examen.

HOrologium, in fronte circumiectas indicans horas, imitatur cylindrus, orbem habens in summo, circa eum verò gradus ordine numerorum notatos: index hìc etiam est, cuspide numeros, tanquàm digito, monstrans. cum ergo vas huiusmodi defertur in locum, vbi aër ad gradus quatuor humidus est, indicis lingula quartum gradum designat; vbi magis humet, eadem progreditur; vbi minus, retrocedit. Quare

nouum

nouum Horologium non diem metitur, sed aerem: nec alio mouetur pondere, quàm humoris amore.

APODOSIS.

NOn minoris est sapientiæ ingenia nosse hominum, quàm locorum. Neque plus refert scire, vbi humidior sit aër, vbi siccior; quàm qui natura sit mitior, qui seuerior. Protulit CHISIVM genus hos pios Vlysses: ac præ cæteris Augustum Senensis vrbis Alexandrum generis humani delicias.

AVGVSTVS

CHISIVS

Senensis Titus.

PRincipis laus est, celebrata vulgo,
Nosse subiectos. Populique virtus,
Principis nosse ingenium, & sequaces
Fingere mores.
Altris sic Ars docet intueri

Indolem humentis magis, aridiue:
Cum gradus omnes stipula inquieta
Monstrat auena.
CHISIVS vi lucidiore mentis
Vidit AVGVSTVS penitus repostos
Ciuium sensus faciliquè semper
More secundans,
Gloria primas tulit inter omnes.
Ritè Senensis *meritus vocari*
Patriæ *flos, delitiæ, atque amores.*
Qualis in vrbe
Omnium sueta ingenium æstimare,
Corda sic prudens Titus occupauit;
Gentis humanæ foret vt voluptas,
Deliciumque.
Talis Augustus Fabij leuauit
Dissiti curas, Fabiumque Romæ
Alterùm effinxit sapido innocentum
Nectare morum.
Tempus at duxit breue tanta virtus.
Dumquè Laureti veneranda lustrat
Templa, natalemque Dei Parentis
Virginis aedem;
Languidos vexat ferus ignis artûs:
Nec satis morbo releuatus, vrget
C*œptum iter, donec recipit sepultum*
Vrbania corpus.
Iamque se R*omam Fabius reportat.*
Sic in æterna statione surgit,
Et cadit grata vice cum gemello
Castore Pollux.

ALE-

ALEXANDER
SEPTIMVS
Christianus Vlysses.

ORbis colonus, qui patria exulat,
Se maior extans in patriam redit.
Tantiest pererratas & Vrbes,
Et varios didicisse mores.
Hinc cauta virtus, hinc sapientia
Laërtis Heroi indita filio;
Qua blanda Sirenum refugit
Carmina, deliciasque Circes.
Qui sena nondum lustra peregerat,
Vix Vrbe auita se Fabius tulit:
Compendiumque ingressus orbis,
Sensa hominum generis notauit.
Ferrarienses hinc populos adit:
Et suaue solers ingenium inspicit,
Gaudere consuetum theatris,
Luce Ducum retegente scenas.
Diuersa quantum se Melite obijcit,
Coborte bellatorum Equitum sacra
Sapè inuicem deprælıante,
Atque animis varia, atque linguis.
En Rhenus, & Rheno adsita CHISIVM
Lato recepit corde Colonia.

Mens omnis hic vultu patescit
Teutonicæ generosa Gentis.
Propinquam in Vrbem se Procerum inuehit
Interpres Orbis lecta frequentia.
Hic vnico aspectu licebat
Visere, quicquid vbique morum est.
Cui sceptra terrarum annuerat Deus,
Tantum ante terra noscere par fuit:
Cuiusque vt aptè attemperata
Ingenio sacra iura ferret.

ADMIRANDVM IX.

Mensura omnis mensuræ.

ALEXANDRI Pontificis obiectæ imagini lamellam è speculari lapide quis apponebat. In huius pellucido nitore lineamenta figuræ sic apparebant, vt ille facile, posset colorum ductibus imitari. Quod si recederet longiùs ab exemplari, breuius in lamina perlucebat exemplum; sin propiùs accederet, grandius: sic ab vna effigie plures maiores, ac minores nascebantur. Perfecta quippe virtus facilè sese omnibus accommodat.

APO-

APODOSIS.

QVisquis imaginem ALEXANDRI Pontificis Maximi vides ità dispositam, vt ex ea cuiuscunque magnitudinis effigies transferri possit in tabulam, scito muti simulacri specie viuam exprimi veritatis formam. Nam verum ALEXANDER est, & Principum, & Populorum exemplar.

ALEXANDER

Exemplar Principum.

MInora mundi Numina Principes,
Rerum supremus quos iubet Arbiter.
Expressa virtutum colore
Esse sua simulacra mentis,
Cauete, ne quam munere nobili
Diuinitatis fertis imaginem
Expungat informi litura
Mentibus insidiosa labes.
Viam cauendi Maximus indicat
Regnantũ ALEXANDER, siquidem integ-
Conseruat haud vlla Tonantis
Effigiem macula inquinatam.

Quam

Quàm sæpe tristis nube supercili
Inflata Regum frons tumet, & graui,
Post fulgur aspectus minacis,
Detonat in populos procella!
Semper serena, semper amabili
Vultum colorat Chisius Iride,
Auditque per gentes benignus
Christiadum Pater, atque Princeps.
Quandoque dulcis nectare noxio
Fortuna Regum pectus inebriat,
Auresque adulantum cateruæ
Composito vitiant susurro.
At sorte maior qualibet, & sibi
Constans in alto vertice gloriæ
Prorex Tonantis vulgus odit
Blandiloquum & facies bifrontes:
Persæpe magnis munera Regibus
Oblata ferro non penetrabiles
Fregere vires, & seueræ
Vim Themidos violauit aurum.
At nulla Princeps munera Chisius
Admisit vnquàm, aut præsidium sui
Venale fecit, sed nefandam
Munerum auaritiem timendis
Proscripsit aula legibus, & Ducum,
Regumque quondam dona potentium
Reiecit alta mente, pacis
Cum placidas agitaret artes,
Inuictus auro munera Regibus
Opima sacro Marte flagrantibus
Submisit vltrò, ciuiumque

Pau-

Pauperiem reparauit ægram.
Hæc sensit ora sarmaticæ potens
Rex dona, gensque Heluetica, & Adriæ
Regina victrix, vrbiumque
Roma caput releuata morbis


ALEXANDER

Exemplar Populorum.

LApsum sidereis è regionibus
Est munus populis optimus arbiter.
Auri nulla nitet lux pretiosior
Vita Principis aurei.
Regis iussa sequi tunc facilis labor,
Quando ante ipse suis motibus imperat,
Et quas ingenijs dat popularibus
Leges exequitur prior.
Mores compositi Principis *illicò*
Componunt populos, nullaque fortior
Virtutum ad studium nobile gentibus
Est iniecta necessitas,
Qu*àm si qui imperij culmine præminet,*
Morum conspicua præniteat face,
Refrænetque suam, dum cupit vrbium
Refrænare licentiam.
Qu*is nunc Pegaseis per sapientiæ*
Non incedat iter greßibus, & decus
Non quærat solidarum impiger artium
Pulchro in puluere P*alladis.*

Dum

Dum qui tergemini fert diadematis
Pondus Cæsarea fronte capacior,
Doctarum CHISIVS fert quoque mentium
Primam laudis adoream?
Quis sub Rege pio sustinet impiæ
Fraudis turpe diu seruitium pati
Non impunè miser, pœna proteruiam
Certo dum sequitur pede?
Gens quæ Romuleis aspera ritibus
Errorum tenebris exitialibus
Vrgetur patrio frigidior gelu,
Sensit se tamen ignea
Afflatam CHISII Lampade syderis;
Et iam se latiæ difficilem minus
Ostendit fidei, spemque facit breui
Lapsuram in cineres luem.
Hac de gente sacram forte Quiritium
Vrbem lecta manus dum colit, vt sibi
Visa est in CHISIO Principe maximum
Instar cernere Numinis,
Exclamauit. Atrox heu sumus anguium
Proles Caucaseis edita montibus,
Si nos tam placidi, tam similis Deo
Non vincat pietas Patris.
Maiestate quid hac imperiosius?
Quis tam dulcè graui in fronte vicariam
Regis Cœlico lum perfidus abneget
Eluceré potentiam?



AD

ADMIRANDVM X.

Digitus Motor.

DOminis antiquitùs moris fuit, digitorum ſignificatione, quid vellent, famulis indicare. Nunc & rebus inanimis digito imperatur. Aqua repleta phiala puerile continet innatans ſimulacrum. Illius orificio appoſito digito ſi premas aquam, deſcendit incluſus puer; ſi eandem releues, aſcendit. Vt iam mirum non ſit, vel Mundi machinam moueri digito poſſe poſitam intrà inane. Cic. 3. de offic. Martial.

APODOSIS.

VT in phiala vitrea admotum digiti prementis aquam, moueri figuram vides, ſic ad nutum ALEXANDRI mouetur mundus, ad nutum Dei ALEXANDER, quem ideò conſtat benè imperare populis, quia promptè obtemperat Deo,

Mo-

Motor ALEXANDRI Deus.

FElix, munere regio
Quisquis conspicuus sic populos graui
Sceptri pondere temperat,
Vt maiore sinat se imperio regi
Sub motore volubilis,
Motus sidereis qui varios dedit
Ipse immobilis orbibus.
Huius Chisiades legibus ardui
Molem subijcit imperi,
Diuinæque colit sceptra potentiæ
Et corde, & genibus minor,
Nutusque æthereos impiger exequi.
Iam tum cœperat, insolens
Rerum, se arbitrio fingere numinis,
Cum lactantis ab vbere
Os non hornus adhuc depulerat puer.
Mox mentem leuioribus
Curis explicitam trans liquidum æthera
Affixit propioribus
Diuini radijs luminis, immemor
Terrarum, vt Iouis aliger,
Nido quem patrius proripuit vigor,
Spectat nil titubantibus
Solis lucem oculis. Hinc sapientia

Præ-

Præcox traxit originem.
Nam vix lustra super bina peregerat
Annum, cum labra fontibus
Tinxit socraticis, non rudis artium,
Quas aut Tullius, *aut Maro,*
Sermone ille soluto, hic resonantibus
Solers protulerat modis.
Hinc *arcana sacra mella scientiæ*
Hausit *nullius indigus*
Præceptoris, & immensa volumina
Chartis explicuit tribus,
Quæ vasta peperit mente Soarius.
Ad motum quoque Numinis
Per virtutis iter non timido gradu
Currentem prius inclyta
Sacrorum Melite viderat arbitrum,
Pacis posteà Teutones
Excepere sequestrum indocilem minis
Flecti, aut diuite munerum
Pompa, principibus nec minus æmulis
Carum, quàm venerabilem
Ipsi perfidiæ. Roma sed vrbium
Princeps attonitis videt
Augusto in solio oracula Regibus
Reddentem, face candidos
Dum gentilitiæ fert populis dies,
Motoremque sequi Deum
Pergit non alio mobilis impetu.

Mun-

Mundi Motor

ALEXANDER

VLtima iam teritur bellis Regalibus *ætas,*
Europa pacis & aureum sperat iubar.
Thracis in excidium cognatos fœdere Reges
Regnator ardet illigare CHISIVS.
Iamque per Alpinos colles, perq; alta Pyrenes
Pax *alma pennas explicabit culmina.*
Auspice Alexandro *Mars conuertetur in hostes*
Fidus Tonanti *Mars in hostes perfidos.*
Auctus Romulea Venetus leo classe præibit
Spargens timorem per triumphatum mare.
Rursus Bistoniæ contundet cornua lunæ,
R*ursumque puppes funerabit barbaras.*
Quam multo Thracum redimetur sanguine Crete
Centum vetustis clara Crete *ab vrbibus,*
Quam grauibus truncis recutitæ funera gentis
Arctum frementis Bosphori *abrumpent iter,*
Classis Alexandri *Venetis cum iuncta carinis*
Exaggerabit cladibus Propontidem;
Postque erepta truci Minoïa regna Tyranno,
Omnes triumphis occupabit cycladas!
Ite Antenorei Proceres, *fortissima Martis*
Robora. Quirites *ite. Neptunus fauet.*
Aspirant placido ventorum flabra susurro,
Dorsumq; Nereus ratibus inclinat pijs.

Per-

Pergite quà patet hostili via facta cruore,
Qua lacera plebis membra sit bomae natant.
Indecori vltrices dextras decorate cruore,
Totumque iniquo soluite Orientem iugo.
Mox gemini reges generosa exempla sequentur,
Galloque iunctus dimicabit Celtiber.
Gallus in aduersos toto ruet impete Thracas.
Geret minaci celtiber pugnam statu.
Vtraque gens chalybes alterna cæde piatos
Communis hostis expiabit sanguine, (iras,
Et quas Christiadum in iugulis male perdidit
Pestis Othomanæ suscitabit in rogum.
Cladibus Odrysijs ensem saturare licebit,
Capuloque tenus immergere in turpes fibras.
Non etenim inuitos ferrũ trepidabit ad ictus,
Mucrone sed grassabitur auido manus.
Tunc non Aegeo tantùm tumulabitur hostis;
Sed omne denso funere implebit mare.
At pia felicem CHISIO *sub sydere classis*
Sortita cursum, barbaras trahet rates.
Victor ALEXANDER *cantabitur omnibus (vndis,*
Plausuque læto personabunt littora.



D AD-

ADMIRANDVM XI.

Vacuum non vacuum.

TRiumphum ante victoriam canunt, qui hoc experimento locum omni corpore vacuum demonstrari posse contendunt. Vitreus tubus, in summo prorsus occlusus, deorsum vertitur. In ipsum tanta vis Argenti viui conijcitur, quantam capere potest: tum extrema pars digito clauditur; donec supra viuum argentum in vase fusum tubus rectus statuatur. Liquor ille æternus, natura grauissimus, subiectas partes suas ità premit, vt mutum in summo tubo vacui appareat. Id occupare aër non potest, cui nullus patet ingressus. Ne quid igitur inane sit in natura; aliquid ex se argentum expiret necesse est: quod relictum spacium compleat. Quicquid hìc viuum agat argentum; mortuum certè (si appellàre sic reliquum licet) humani cordis vacuum grauat, premit; non implet.

APODOSIS.

IN vertice tubi vitrei ab argento viuo suo pondere depresso relictum spacium specie quidem omninò vacuum;

re

re vera ſubtiliſſimis ipſius argenti ſpiritibus plenum FLAVII CARDINALIS animum repræſentat curis inanibus vacuum; plenum vero ſpiritibus Principe dignis.

IN PECTORE FLAVII CARDINALIS

Leuium curarum vacuitas, & ſublimium ſpirituum plenitudo.

QValis paterni roboris æmula,
Cui martiali buccina murmure
Irritat innatum vigorem,
Cornipedis generoſa proles
Spreto indecori limite carceris
Dediſcit vmbras turpis inertiæ,
Gaudetque per belli procellas
Magnanimo comes ire patri,
Talem iuuentæ in limine FLAVIVM
Gens vidit olim candida Teutonum
Ad ſumma nitentem per artes,
Et Patrui *documenta magni.*
Exegit hoc ſub Rege *puertiam.*
Huic liberalem grandibus indolem
Curis, & arcanis regendi
Conſilijs dedit imbuendam.
Fluxere quanquam in pectora FLAVII

Laudes parentum, stirpis & inclytæ
Transfusus antiquam est auorum
Per Seriem vigor in nepotem .
Huic larga quamuis indidit igneam
Alacritatem mentis , & integros
Natura mores ; & flagrantes
Laudis auaritie decora
Adiunxit astus . Vis tamen insita ,
Ductique claro è sanguine spiritus ,
Mentisque thesaurus feracis
Sub FABIO moderante creuit .
Ergo viriles præcocis ingeni
Præuertit artes viuidus impetus ,
Nec sciuit ætatis tenellæ
Ludicra , nec puerile quidquam
Tractauit annis in puerilibus .
Rebus virentem scilicet arduis
Deuouit ætatem , vt capaci
Hausit auos , Patruumque mente .
At præpotentis culmine gloriæ
Regale vincit dum FABIVS *decus ,*
Nomenque ALEXANDRI verendum
Nunc placidè imperiosus implet .
Sacro nitentem murice FLAVIVS
Auget Senatum *, fortis idonea*
Virtute , maturaque sceptris
Imperij tolerare pondus .

FLA-

FLAVII CARDINALIS

Spiritus Principe digni.

L*Esbium plectro modulata carmen*
Dulcis Euterpe cane, quas profundo
FLAVII virtus animosa voluat
Pectore curas.
Abditos mentis penetrare sensus
Tu potes; namque & superum recessus
Scandis arcanos, & opaca veri
Antra recludis.
Ille par ceris, titulisque Auorum,
Et suo dignus genere, atque fama.
Patrias postquam irradiauit amplo
Lumine Senas,
Alta virtutum decora ad Quiritum
Transtulit sedes, vbi Vaticano
Spemque Terrarum, Populique vota
Imples in ostro,
Flore adhuc multo viridis iuuentæ
Grata maiestas decoratur oris.
Læta vix quintum properauit ætas
Claudere lustrum.
Non tamen pectus iuuenilis ocij
Blanda dulcedo rapit, aut dolosæ
Decipit risu male blandientum
Turba leporum.
Pondere Augusto gerit haud minores
Spiritus altum penetrale mentis.
Imperi molem bene fert potentis
Ardua ceruix.

Patrui sacras amor est per artes
Martis insano propè funeratam
Impetu Europam recreare parta
Munere pacis.
Stat pias Regum sociare mentes
Fœdere æterno, & per amœniores
Palladis cultus reuocare priscum
Temporis aurum.
Stat feros motus hominum nocentum
Vindice Astrea cohibere frœno,
Donaque in ciues meritos benigna
Spargere dextra.
Vota Senenses simul, & Quirites
Sospitent Diui, decorum feraci
Mente, qua versat Procerum atque Diuum
Clara propago.

ADMIRANDVM XII.

Fragilitas infragilis.

CVcurbitula est, non caua, sed solida ex vitrea mistura oliuæ nucleo haud maior: cuius apex tenuissimo quasi filo ex eadẽ materia terminatur. Hæc si qua corpus est solidum, quatiatur, aut proijciatur in terrã, nulla ratione frangitur. At si summum illius fili abrumpatur, ingenti statim edito fragore, non in fragmenta modo, sed in puluerem tota dilabitur. Quod si linteo sit inclusa, dum stamen effringitur, aperto linteo nil

nisi puluis inuenitur. Quid sentiret de hoc inuento Tiberius Cæsar: qui flexibilis artificium vitri aboleri iussit, & artificem mori, ne pretia metallis detraherentur? Si principium rei respiceret, damnaret auctorem: si finem, liberaret. Plin.l.36 c.26. Dio.lib. 57.

APODOSIS.

IN vitro, quod cæteroqui solidissimum, si summo in vertice frangatur, totum abit in cineres, quis typum non agnoscat CHISIÆ nobilitatis? cuius idcirco integrum perseuerat decus, quia ne tenuissimam quidem vnquam contraxit labem: Ea namque est natura nobilitatis, vt leuiter violari non possit, quin penitùs destruatur.

CHISIAE NOBILITATIS Integritas.

HOc habet ingenuū stirpis generosa vetusta
Nobilitas, & splendor auito
Lumine deductus, nullo vt violetur ab æuo,
Nec timeat vim sortis iniquæ,
Telaque Cyclopum licet efformata caminis
Contemnat, martisque procellas.
At si degeneris vitietur sanguinis vmbra,

Obſcuretur & impare nexu, *(men*
Nullum in venturam potis eſt trãſfundere lu-
Progeniem, famamque nepotum.
Nam clari germen generis de ſtirpe decora
Detortum fulgoris auiti
Amittit iubar, & nomen vix ſeruat inane,
Annoſo quod ſtemmate traxit, *(ſtar,*
Sylueſtremque animum mox induit, arboris in-
Natiua quæ ſede reuulſa,
Ignotoque ſolo male credita triſtia poma
Fert ſuccos oblita priores. *(æuum*
Integra ſed CHISIÆ *noſtrum permanſit in*
Per magnos transfuſa nepotes
Nobilitas gentis, quæ antiqui robore trunci
Quingentos ſuper eminet annos.
At ne vel modicam tàm longo tempore labem
Hæredum contraxit ab vllo,
Inq; ſuo nũquam deformem inoleſcere ramum
Caudice ſuſtinuit, ſobolemue
Flexit in obſcuram, ſed ſemper germina læta
Progenuit, fructuſque decoros. *(tes,*
Namque viros domus hæc terris, pelagoq; potẽ-
Æternumque in nomen ituros
Protulit, Herculeos qui portus, quiq; vetuſtas
Arces rexerunt Macereti.
Hæc dedit Anſelmos, Giſmundos inclyta Senæ
Lumina, & Auguſtos, Marioſque
Inſignes pacis ſtudio, & pietatis amore,
Et vaſta molimine mentis.
Hæc Auguſtinos produxit Regibus æquos
Pectore magnanimo, & pretioſis

Munifica donis dextra, teque inclyte FLAVI,
Qui sacro nunc murice diues
Nomen aui, & generis famã virtutibus aequas,
Extollis dum gaudia Romae; *(mores,*
Teque ad ALEXANDRI *properas effingere*
Quo Tua nobilitas cumulata
Se in Caelum tollit; Gentis namque ille supremũ
Est CHISIÆ *decus, atque corona.*

CHISIAE NOBILITATIS
Heroes.

QVem virum Gentis CHISIÆ *canora*
Pieris marso celebrare plectro
Incipis, cuius referat iocosus
Murmura Tybris?
Dic prius laudes triplici nitentis
Serto ALEXANDRI*, sacra qui per omnes*
Iura dat terras, humeroque Atlantis
Pondera versat.
Vnde nil maius veneramur ipso.
Nilque miramur simile, aut secundum,
FLAVIVS *gestat tamen huic propinquos*
Vrbis honores.
Dic, & Anselmum: seriemque Auorum,
Qui Macereti tenuere turres,
Herculis quos & coluere prono
Gurgite portus.
Te quis Augustine pari sonabit
Grandibus plectro meritis? quis altam
Ex-

Exprimet mentem, atque opulenta largæ
Munera dextræ?
Quàm tibi lætos populus Quirini
Contulit plausus, tua Vaticanus
Visit vt quondam nemoris beati
Rura Senatus?
Namque conuiuas tibi purpuratos
Obtulit sors, & dapibus supremum
Regijs Patrem coluisti in vmbra
Pensilis horti.
Roma proiectum laribus superbis
Vidit argentum fluitare in vnda,
Indico & sculptas Tyberim metallo
Voluere lances.
Nominis magni generosus hæres
Tecta languentum spatiosa rexit,
Vnde ferales Libitina gaudet
Ferre triumphos.
Hunc, & Aureli dolo inhospitalem
Extulit mentem pietatis ardor:
Sanctior sed vis superum Ioannem
Intulit albo.
Te Mari audaci referam, tuamque
Indolem Augusti soboles camœna.
Romulæ æternos meruistis ambo
Gentis amores.
Viuet extento decora auctus æuo
CHISIAE *stirpis, proceresque viuent.*
Hos tuba sparget metuente frangi
Fama superstes.

A D.

ADMIRANDVM XIII.

Ignis innocens.

NVllis vnquàm coloribus magis ad viuum expressum sacrum illud prodigium Moysi oblatum in rubeto Montis Orebi. Ignis videlicet ardens, & non comburens. Emicat sine chalybe, aut silice flamma; sine fomite, aut alimento perdurat. Ex duabus ignis virtutibus, quæ aspectui blanditur, inest; quæ tactui minatur, abest: vno verbo, lucet flamma, non vrit. Nouit ars, vel in elementis feram cicurare naturam, & ipsum domare ferri domitorem.

APODOSIS.

QVi spectrum ignis non comburentis admiraris, duplicem Beati Ioannis Chisij perpende victoriam. Alteram de impuri Cupidinis ignibus, quorum ardores vt frangeret, nudum corpus in spinarum aculeis volutauit. Alteram de superbiæ flammis, à quibus illęsus in insigni generis nobilitate, insignem animi demissionem præsetulit.

B. IOANNIS CHISII
De impudico igne victoria.

DEscende Cæli tramite lacteo
Germana castis mentibus alitum
Caterua diuorum, hùc pudica
Fer nitidum diadema fronti.
Heroa vestra vos decet æmulum
Integritatis, penrigeri Duces,
Aut flore candentis ligustri,
Aut niuea redimire vitta.
Fregit proterui tela Cupidinis
Hetruscus Heros, gloria CHISIAE
Gentis, Dioneamque *pestem*
Strauit humi sinè labe victor.
Hic post fugacis tædia gaudij
Deuota sacro claustra silentio
Ingressus, vltrò disciplinæ
Arripuit iuga sanctioris.
Cælesti ergo dum sapientiæ
Consultus astris militat, & Fidem
Virtute durat Conditori
Sidereo semel obligatam
Armata blandis mille leporibus
Cypris virentem protinus insito
Feruore pertentans iuuentam
Allicit in vetitos amores.
Contempta primo sed tamen impetu
Vesana pestis bella redintegrat,
Augensque tædas blandiori

Irruit

Irruit in iuuenem procella.
Vt sentit imis seditionibus
Tumultuari pectora strenuus
Miles pudoris, nec furentes
Ossibus imminui fauillas;
Repente flammis nobilioribus
Correptus altos insilit in vepres,
Corpusque nudatum volutat
Vulnifici per acuta dumi.
At dum rigentes inter aculeos
Inuoluit artus, Patris & innouat
Exempla Nursini, niuosi
Culmina qui coluit Casini,
Omnis dolosæ fraus Amathuntidos,
Et vis decoro Sanguine frangitur,
Imisque conceptus medullis
Concidit irrequietus ardor.
Stipentur atris quàm benè sentibus
Intaminati lilia pectoris
Sacer Tonanti bellicoso
Chisiades docuit pudore.



B. IOANNIS CHISII
Insignis Animi demissio.

HEros purpureis clare nepotibus,
Maiorum titulis clare, sed intimo
Cordis clarior igne,
Et virtutis adoreis.
Quamuis magnanimus clauiger atheris
Gentili melius te caneret lyra,
Nostri ne tamen aures
Plectri subtrahe cantibus.
Dicam deliciis in iuuenilibus
Contemptorem animum desidis ocij
Emersum illecebroso
Blandi gurgite nectaris.
Mutatæ referam mentis amabilem,
Lucentemque pia in fronte modestiam,
Quæ te nominis ampli,
Laudumque impulit in fugam.
Namque ex nobilium luce penatium
Non traxisti animi cedere nescij
Fumum degenerantem
Magni è lumine stemmatis.
Sed cum Chisiadum progenies ducum
Posses conspicuum tollere verticem,
Et iactare parentes,
Ac prisci generis decus.
Cum formosa tibi turba clientium
Stiparet latus, & luxuriantium
Sors non parca bonorum

Im-

Imbrem ſpargeret aureum,
Spreuiſti hæc auidæ ſplendida vincula
Mentis caſtra petens nil cupientium,
Aetatemque ligaſti
Vitæ legibus aſperæ.
Myſtarum numero non tamen inſeri
Es paſſus, manibus nam vetuit pudor
Sacra munera Frugis
Tractare, & liquidam Deum.
Obſcuræ *placuit ſortis at vltimum*
Monſtrari digito prætereuntium
Lixam cœnobiorum
Vili cannabe ſqualidum.
Hæc virtus animi perpetuo ſacrum
Detrectantis honorem, atque humilem locum
Ample*ctentis in imo*
Abiecti obſequij gradu
Myſtarum, meruit, maximus vt daret
Cunctis iura tuus Flaminibus Nepos,
Efferretque verendum
Regum verticibus pedem.

ADMIRANDVM XIV.

Pondus alleuans.

STatera minuta eſt, breuiſſimo ſcapo, ſuis inciſuris, & punctis ad libras, & vncias numerandas diſtincto; cui è graui metallo

æqui-

æquipondium per eum ductile appensum. Alteri extremo scapi proximè surgit ansula cum examine medio, quòd facilè hac illac vertitur. Propè hanc, idem versus extremum, catenulæ dependent vnco terminatæ. Cui si baculus, aut vectis incumbat, eius ope minutula statera ingens pondus attollet; eòque maius, quò ille longior. Imò si duo vectes alter alteri iusto interuallo subiiciantur, à parte Steteræ aduersa colligati, & pondus inferiori appendatur; immane quantum oneris subleuabit? Ità plerumque maior est ex longinquo imperantis auctoritàs.

APODOSIS.

STatera exigui ponderis plumbo ingens quodcumque pondus attollens geminorum Chisiæ nobilitatis Heroum charitatem eximiam exprimit, AVGVSTINI scilicet Senensis nosocomii moderatoris, & eius fratris Aurelii, qui duo sacrarum Virginum cœnobia excitarunt. Vterque enim nulli onero sus aliena erigebat onera.

AV-

AVGVSTINVS
CHISIVS

Senensis Nosocomij Moderator nulli molestus molestias omnium abstergebat.

QVis dignè Aonia te resonet lyra
AVGVSTINE decus fortis Hetruriæ,
Senarumque iubar, cui neque diuitum
Pectus fregit opum vis, neque sordido
Auri afflauit amor corda cupidine,
Aut concussit inani aura adamantinam
Mentem, quæ vacuum turgida plausibus
Tollit plus nimio gloria verticem.
Vixisti Patriæ *non minus vtilis,*
Quàm sit fons violis, vmbraque fontibus
Aestiuis, nemorique aura Fauonii.
Sensit sæpè tuæ squalida pauperum,
Pallentumque cohors munera dexteræ,
Sensit consilij uim titubantium
Non raro procerum cætus in arduis,
Quæ fors obtulerat sæua, negotijs.
Languentum hospitium sed tibi creditum
Sensit munificæ se propioribus
Lustrari radijs mentis, & aureum

Morborum in tenebris praripuit diem.
Mulcebas placidis membra iacentium
Fomentis, alienisque doloribus
Luctabare, graui vulnere saucius,
Languentum quoties vulnera cerneres.
Tanto visa fuit praeside mitior
Morborum rabies, pauperies leuis,
Et mortis rigida tarda necessitas.
Nec mercede pium sydera fertili
Fraudarunt animum. Gaudia patria
Calestis cupido pectore vidimus
Pralibantem: epulum nam quoties sacra
Sumebas Cereris, teque salubribus
Clausi triticeo tegmine Numinis
Explebas dapibus, protinus, impotens
Occultare Deum pectoris hospitem,
Ex binis liquidam fontibus integer
Stillabas pietatem. Ergo perennibus
Maturus superum sedibus, vltimus
Cum vita appeteret pracipitis dies,
Nil sanam trepidans mortis imaginem,
Auditus tremulo es carmina murmure
Decantare, sacraque ad sonitum lyra
Iessides cecinit Numine percitus.



AV-

AVRELII
CHISII

Charitas in extruendis Virginum Cœnobijs.

SAcra Tonanti vos caterua Virginum
Heroa castis personate cantibus,
Qui vos beatis consecrauit nuptijs,
Sponsoque laetas collocauit aureo,
Cui tam decora est forma pulcbritudinis,
Vt solis ignes, candidosque Cynthia
Vincat nitores, & decus Pallantidos,
Cum prima lucis seminat crepuscula.
Vestro pudori splendidas AVRELIVS
Extruxit ædes, procul ab vngue noxio
Formosa vestræ mentis arcens lilia.
Catus pudici nouerat fortissimus
Defensor ille, cæca quot pericula
Struat puellis sæpè dedecorum faber
Decor nitentis oris, abscondant nisi
Blandos lepores, aspicique lubricos.
Nouerat honestæ quàm mala verecundiæ
Sit comes inopia, fames & implacabilis,
Iustæque dapis extrema desperatio,
Quæ sæpè rectis euagata finibus
Velum rubentis abijcit modestiæ

In scelera praeceps. Prouida hoc Aurelij
Mens vt caueret, bina virginibus pijs,
Quibus paterna res domi est angustior
In Vrbe sacra virginum augustissima
Praesidia struxit adium sublimium,
Deuotus astris vbi puellaris pudor
A fraude tutos impudicae cypridis
Suis recessus inueniret lilijs,
Et teste Caelo viueret, fugacibus
Aeui labantis expeditus gaudiis,
Virtute macte vir noua caelestium
Tibi nunc in axe virginum assultat chorus,
Et serta texit flore nunquàm languido.
Tibi nostra plaudunt secla, plaudent posterae
Gentes, & aetas omnis admirabitur,
Quae tua reliquit liberalis dextera
Benignitatis aureae vestigia.

ADMIRANDVM

XV.

Ludibrium oculorum.

NAturæ lusus alibi videntur: hìc artis, Obuersa sibi specula leuiter amota, trium, quatuor, quinque, sex angulorum figuras reddunt, prout illa propius longiusue submouentur, Obiectam faciem modo vnam,

vnam, modo duplicem referunt: modò integram, modò duas in partes diſſectam: modò ſurſum erectam, modò deorſum inuerſam, & in caput deuolutam. Proteum diceres, non in Carpathio ſpecu, ſed in Romano ſpeculo latitantem, qui non magico, ſed mathematico ingenio.

Omnia transformat ſeſe in miracula rerum. non tamen vera, ſed falſa, præſentia, non futura vaticinatur.

APODOSIS.

QVis eoſdem ſemper eſſe fortunæ vultus, eandemque rerum humanarum faciem dicat? Harum fallaciam contemplari licet adumbratam in ſpeculo, quod multiplicatione, diuiſione, ac diminutione earum, quas repræſentat, imaginum, oculos decipit. Sed ALEXANDER rectum ſemper tulit de rebus humanis iudicium, eandemque retinuit in qualibet fortunæ varietate conſtantiam.

Rectum ALEXANDRI de rebus humanis iudicium.

ABsiste vulgus mobilis ingeni.
Fauete Reges, carmina non prius
Audita terrarum tyrannis
Purpureis, Ducibusque canto.
Dolosa quem non fulgura imaginis
Lusere, falso nomine quam vocat
Felicitatis, Gloriaeque
Iudicium popularis aura?
Non quidquid alto splendet in aethere
Sydus vocetur. lumine subdolo
Quandoque feralis cometes
Sydereos imitatur ignes.
Syncera rerum nomina degener
Subuertit vsus. Cultus ab intimo
Qui saepè discordat colentum
Pectore, honorifica vocatur
Dulcedo pompa. Gloria dicitur
Praeconiorum turba volantium,
Plaususque fallax, & sonantum
Congeries titulorum inanis.
Non sic fugaces aestimat integrum
Pompas ALEXANDRI arbitrium, neque
Res

Res ille consueuit profani
Ad trutinam reuocare vulgi.
Felicitatem diuite pectoris
Vena recondi censet, & intimam
Virtutis armis inuoluto
Esse animo, ingenuaque menti;
Fructum perennis carpere gloriæ
Decet tenacem propositi virum,
Quem nulla mordet culpa, nullus
Sollicitat timor, aut cupido.
Sacri creatus cum gregis Arbiter
Esset fauentum concilio Patrum,
Christique Legatus, verendos
Fertur humi posuisse vultus.
Mox visus inter sceptra potentiæ,
Et gratulantis gaudia curiæ,
Interque ouantes Purpuratos
Egregius lacrymare Princeps.
Atqui sciebat quàm sibi splendidum
Munus daretur: non aliter tamen
Subiuit augustos honores,
Et triplicis diadema regni,
Quàm si laborum fasce sub arduo
Curuasset alti pondera verticis,
Atque Ossa Olympo, Pelioque
Imposita in caput incidisset.


ALEXANDRI

Conſtantia in aduerſis, & proſperis.

CLara quem ſolis radiantis inſtar
Aſtra Romanæ venerantur aulæ,
Cui ſacris Reges, populique figunt
Oſcula plantis
Huic nec aduerſa violenta ſortis
Nubibus fœdis nocuit procella,
Læta nec fauſto impoſuere labem
Tempora curſu.
Rebus infeſtis ſimul, & ſecundis
Seruat inuicti benè præparata
Mens Alexandri *ſtabilem tenorem*
Roboris æqui.
Corpus huic olim furor impotentis
Perculit morbi, & lapidoſa fibras
Peſtis inuaſit crucians acuto
Viſcera morſu.
Dira fortunæ rabies ſiniſtræ
Intimos duro penetrauit artus
Calculo, atque haſit malus in medullis
Corporis hoſpes.
Membra, ſecturæ patiens cruentæ,
Subdidit ferro generoſa virtus,
Nec tamen mortis nimium propinquæ
Palluit ora.

Ima

Ima dum ſæuo lacerantur icta
Viſcera, haud turpem gemitum doloris
Exprimit vis, nec maculoſa ſignat
Lacryma vultum.
Dum tamen ſiccis oculis cruorem
Spectat effuſum, gemituſque fortis
Mens premit, ſacri dolor eſt diſertus
Murmure cantus.
Sed nec, illaſum grauibus periclis
Proſpera *inflarunt animam, ſuperbam*
Imperi namque vt tulit irretorto
Vertice molem,
Sortis humanæ memor, & nigrorum
Ignium, *& nunquam redeuntis horæ,*
Vota ad æternos iaculatur annos
Plena futuri.
Ergo ferali tumulum cupreſſo
Extrui muto cineri, ſuiſque
Proximum *ſtratis iubet in repoſta*
Aede locari.
Hoc *ALEXANDER ſpeculo fugacis*
Prouidus finem meditatur æui,
Et nouam vt Phœnix *trahit è parato*
Funere vitam.



AD-

ADMIRANDVM XVI.

AMpulla vitrea clausus Puer, aquæ non tam innatare videtur, quàm insidere. Idem arcano motu se circumuoluens, notatas per gyrum horas tempestiuè designat, ac digito indicat. De nullo Puero tam verè, tam propriè dici potest illud Horatij, quo puerilis ætatis mores ad viuum exprimit.

Hor. in Arte Poetica.

Mutatur in horas.

APODOSIS:

IN sphæra mundi vase vitreo inclusa, & vnius diei spatio circumuoluta horas indicans Genius ALEXANDRI prouidentiam denotat, qua se ille ad omne tempus extendit, & felicitati populorum inuigilat, Diuini Pastoris, cuius vices gerit, quique pro ouibus suis animam posuit, vigilantiam imitatus.

ALEXANDRI

Prouidentia in propulſanda lue.

QVæ cura olorum mercurialium
Vigore plenis carminibus tuas
Laudes Alexander perenne
Spargat in æuum, & ad aſtra nomen
Extollat? O quã religio ſacros
Extendit ignes Maxime Principum,
Quem pacis vt quondam ſequeſtrum
Teuthonicæ didicere gentes
Quid mente poſsis, ſic trepidantium
Salus *Quiritum nuper ab impetu*
Erepta peſtis, fortibuſque
Præſidijs reparata ſenſit.
Magnum illa terrorem intulerat lues
Ramoſa genti Romulæ, & vrbibus,
Quæ colla ſubdunt Vaticanis
Faſcibus, imperioque ſacro.
C*œpit maligni peſtifer halitus*
Afflare morbi tecta Quiritium;
Vulgare ſed totam fluentis
Non potuit ſaniem veneni.
Strages paranti in tempore prouidus
Occurrit alti conſilij vigor,
Quo mens ALEXANDRI *feracem*
Funeribus iugulauit hoſtem.

Di-

Dixitque tandem Roma furentibus
Exempta morbis. O mihi dulcior
Mellifluo Princeps liquore,
Flore & amabilior recenti!
Tui benigno munere syderis
Post atra rerum nubila candidi,
Cressoque signandi lapillo
Ciuibus enituere soles.
Iam non gementes mole cadauerum
Cernam quadrigas; Occidit, occidit
Exusta flammis fortioris
Herculis exitialis Hydra.
Non ora mœror squalidus occupat,
Tristem meorum nam popularium
E fronte Saturnum fugauit
Vis CHISIAE imperiosa lucis.
Sortis tulissem Parthenope tuæ
Deflenda lymphis fata perennibus,
Et cuncta natorum superbis
Busta cadaueribus replessem,
Ni sæuientis præcipites necis
Tardasset alas Principis Optimi
Tutela felix, & salubri
Romulidas hilarasset Astro.



I. A E-

ALEXANDRI
Supremi Paſtoris vigilantia.

PAſtor, cui bene patrij
Sunt Armenta gregis credita, languidis
Feſſus denegat otia
Membris, & vigiles ſub Ioue frigido
Nocturnis vagus extrahit
Curas excubijs in liquidum diem,
Nec Montes niue turgidos,
Ventorumque minas vitat, & igneam
Aeſtiui rabiem Canis;
S*ed vel turbinibus mugiat Africus*
Decertans Aquilonibus,
Vel terram ſitientem, & ſegetes Leo
Vrat ſydere feruido,
Curam lanigeri ſedulus agminis
Vrget. Scilicet vberes
Nunc eductum in agros, aut iuga montium
Herbis paſcit olentibus
Balantem Populum, & lenè cadentium
Grato frigore fontium
Mulcet, nunc gelidis arcet ab imbribus:
Aeſtateruque receſſibus
Vmbroſis nemorum frangit. at vnicam
Contingit quoties ouem
Rectum perdere iter rupibus aſperis
Errantem, impiger abditas

Scru-

Scrutatur latebras, & rapido gradu
Calles deuorat arduos,
Donec difficiles quæ tenuit vias,
Inuentam, atque humeris ouem
Sublatam teneris reddat ouilibus.
In Pastore *ouium licet*
Expressam CHISII *cernere gentium*
Pastoris vigilantiam.
Fontes ille pios, grataque sufficit
Virtutum, & sapientiæ
Nutrimenta sacro CHISIADVM *gregi.*
Hunc à gramine noxio
Errorum, scelerisque arcet ab improbo
Afflatu, atque olidos vetat
Hircos, & pecudes tangere morbidas.
Nullis vsque laboribus
Parcit, dum Stygijs expositum lupis,
Recto & tramite deuium,
Fallacemque premens gressibus orbitam
Contendit pecus in Sacra
Romana Fidei septa reducere,
Vt Pastore sub vnico
Sit CHRISTI vnanimis grex in ouilibus.

LAtus Atrij tertium, quod ingredientibus aduersum obijcitur, & scholis vacat: vt pars præcipua, & quasi facies Cauædij, ex more veteri Romanorum, imagines suo iure poscebat: CHISIORVM nempè Principum viuentium. At si magnus Alexander nullum nisi Apellem inuenit, qui se dignè

dignè coloribus exprimeret: Septimus, & Maximus ALEXANDER nullum se dignum reperit Apellem. Suppleuit igitur huius vicem Apollo, pater luminis habitus, & præses ingeniorum; qui non ductu colorum in tabulis, sed repercussu lucis in speculis, tam admirabiliter, quã ingeniosè tum Pontificis tũ eius consanguineorum Principum vultus expressit. Sol quippè, qui stellas alias sua luce pingit, debuit hæc etiam astra CHISIA figurare.

ADMIRANDVM XVII.

Speculum sapientiæ.

Imago sapientiæ suis absoluta partibus apparebat: quæ se in speculo suprà caput incubante contemplari videbatur. In id tamèn si quis defigeret obtutum, non repercussam videbat sapientiæ figuram, sed sapientissimi Pontificis ALEXANDRI Septimi effigiem adorandam. Sub imagine specularis Arca erat, thesaurum, non custodiens, sed multiplicans, aurum, argentum, gemmas, tiaras, sceptra, coronas, & eiusmodi alia. De quibus cum Salomone dicere videbatur Alexander. Venerunt mihi om-

nia

nia bona pariter cum illa. Mendax hoc primo aspectu speculum appellasses, quod ab exemplari proposito tam diuersa lineamenta reddebat. Sed nullum vnquàm veracius fuit. Quippe quicumque videt Alexandrum, spirantem videt imaginem sapientiæ.

APODOSIS.

Athanasium laudans, virtutem laudabo. Nazianzeni præconium est. Hic ALEXANDRVM visuri, sapientiam vident. Excellentiæ prærogatiua, vt non virtute quis præditus, sed virtus ipsa dicatur. Salomon quoque non tam sapiens, quàm sapientia vocatur. Nam liber Salomonis, liber Sapientiæ inscribitur. Et ecce nouus Salomon hìc. Qui sapientiam amauit à iuuentute. Ad cuius audiendam sapientiam, venit Regina non Austri, sed Aquilonis. Qui demum Pacificus appellari meretur: non tam quòd templum Paci iam olim votum splendidè reficit, atq; exornat: quàm quòd ad eandem faciendam præparat corda Regum.

ALE,

ALEXANDRI

SEPTIMI,

Et Sapientiæ Vna imago.

QVis lumina error ludit amabilis?
Quæ monstra cerno? cur Sapientiæ
Vultu repercusso, resultas
CHISIA *Pontificis figura?*
Portenta Circes en vitrea noua.
An Saga quæuis altera Thessalis
Potens venenis, mutuatas
Ora iubet simulare formas?
O quantum opaco est ingenium vitro?
Ipsam tueri qui sapientiam
Ardes, ALEXANDRVM *tuere;*
Exprimit vna duos imago.
Doctum vocari vulgò hominem, decus
Commune multis; at sapientiæ
Reciprocatum nomen vnus,
Viuere cui sapere est, meretur.
Hac vita primos instituit dies
Felicis æui: hac per varios gradus
Duxit, reduxit; perque honores
Iussit iter legere irretortum.
Vides diserta sub pede Virginis
Stratas tiaras, frondiferum & pedum:
F *Tam-*

Tamque expetitum tegmen ostri,
Tamque oculis graue fulgur auri?
Gaza omnis alma hac est Sapientia,
Quam gratiosis diuidit Asseclis;
Qui limen obseruant ab ortu
Solis, *ad interitum diei.*
Sic sceptra fœlix Isacidum tenens
Dauidis hares, huius ab infima
Ætate suspirans amores,
Multiplici sibi dote iunxit:
Illi profusi diuitias maris,
Illi beati delitias soli
Cornu ministrauit benigno,
Et Tyrias, So*lymasque merces.*
Nec parcam bonorum se Salomon *Tibi*
Romane, gessit: cui dedit infulas
Praferre Sacratas, *& ostro*
Emeritos *redimire crines.*
Mox pleniori aspergine munerum,
Vnum refudit larga super caput
Quidquid sub astris est bonorum.
Iam reliquum nihil est, quod addat,



ALEXANDRI
SEPTIMI
Laurea multiplex.

Regnantis Sapientiæ
Indiuisa tenet sceptra Beatitas.
Hæc in finibus Atticis
Vmbrosæ insonuit vox Academiæ.
Cordatissime Principum,
Quos Terræ Imperio substituit sibi
Rerum prouidus Arbiter;
Qualem tergemino Te diademati
Formauit Sapientia!
Per quam regna tenet, qui populis praeest:
Et qui iura aliis ferunt,
Iustis ante sibi legibus imperant.
Docto Pierides sinu
Materno è gremio Te excipere ambiunt.
Et LAVRAE ex vtero edito
Laurus dant Tibi cunabula virgines.
Hinc ad Socraticas domos,
Secessusque Lycæi impenetrabiles,
Reptasti puer, ad duo
Lustra emensus iter luminis annuum.
Et terræ spatia, & poli
Percurristi animo: siue decempedam
Euclidis regeret manus,

Seù stantem Ptolemai impigra circinum.
Lucis quin etiam gradus,
Quos per templa dies cærula promouet,
Gyro contrahis in breui:
Vmbris (mirum opus) & lumina lineas.
Mox quæ iura volentibus
Sanxerunt populis atria Cæsarum,
Et quæ Pontificum domus;
Acri cura tibi est ingenio assequi.
Quin & sidereos supra
Orbes, ipsa Dei se penetralia
Menti iam referant tua:
Et cœli alta petis; sed Sapientia.
Hinc ternam tibi lauream
Naturæ studium, Iustitiæ, & Dei
Docto in vertice consecrant.
Magnum omen triplicis mox diadematis.

ADMIRANDVM
XVIII.
Effigies in puncto.

PRo miraculo habitum superioribus annis, quod in gutta sanguinis vultus hominis eniteret. Non absimile hìc opificium in admirationem rapiebat. Suspensæ visebantur in pariete tabulæ duæ confusa quadam colorum permixtione circumlitæ. Ab

vtriusque

vtriusque medio specularis conus extabat, rotundum nempe, atque acuminatum speculum. Ei contemplando si quis iusta distantia summotus adstitisset, atque in apicem coniecisset aciem oculorum; expressam in eo faciem agnoscebat, hinc Eminentissimi Cardinalis CHISII, hinc Excellentissimi Principis MARII Patris. Adeòque illud informe colorum Chaos hæc duo Christiani Mundi luminaria magna promebat.

APODOSIS.

QVàm appositè vultus iste, in quem omnium oculi conuersi sunt, Eminentissime Princeps, speculi acuminati apparet in puncto? Tu quippè paulò ante omne tulisti punctum suffragiorum ad purpuram, à natalibus, ab institutione, à meritis. Et iam isti puncto æquissimæ amplitudinis incumbet sphæra ingens vniuersitatis. In isto colligentur rectissimo repercussu solis illius radii, qui terræ Orbem illuminat; vt aliis copiosius refundantur: Istius etiam puncti nulla pars est, neque diuidi potest: quando sin-

 gula-

gulares cum sint virtutes tuę, nequeunt aliis esse communes.

AD EMINENTISSIMVM
FLAVIVM
CARDINALEM CHISIVM.

QVis ora, Flaui, Protogenes tua
Docet colores reddere? dignus es,
Quem penicilli effingere omnes
Ambitione noua laborent.
Gessit se asylum quippe domus tua
Arti creandi corpora lineis.
Solis *ALEXANDRIS decorum est*
Diligere, atque animare Apelles.
Hareditatem cernere patriam
Cui sit pudori? magnificum tui
Duxere maiores colorum
Artifices releuare dextras.
Hoc *liberali prasidio Artium*
Cunctis praiuit, magnifici ferens
Agnomen AVGVSTINVS; Vrbe
Diuitijs resonans, & Orbe.
Senensis illi maxima debuit
Balthassar augmenta, & decorum, & rei.
Hoc architectante excitata
CHISIA *Transtyberina sedes,*
Romana per miracula cernitur.

Amni

Amni incubantem respice porticum;
Quæ lege stat Vitruuiana,
Zeuxidas & specie lacessit.
Vides resectum Gorgonis horridæ
Caput, cruentasque angnineas comas;
Scutoque victorem Mineruæ
Persea, pennigerisque talis?
Quæ saxa circum stant, homines erant.
In saxa vertit veriùs Artifex
Balthassar obiectu figuræ
Artis ad ingenium stupentes.
Romanus hac & Iulius in domo
Curæque partem, & nominis occupat.
Quemque antè Vercellæ dedere,
Sena, tibi docilem colorum;
Hoc in theatro Antonius edidit
Gestum exprimentem viuidè imagines.
Sed nullus æquat penicillus
Magne tuos Raphael honores.
Quem Roma sese pulchrior vt foret,
Huc misit Vrbinum. Ædibus addidit
Quod CHISIIS *decus, marino*
Vecta super Galatea curru:
Circumque Tritonum adsiliens chorus,
Et turba plaudens Nereidum! Hoc opus
Dextra tuæ est, celestis Auctor
Nomineque, ingenioque, & ore.
Sic nutrit Artes, Artifices souet
Ætate in omni CHISIA *largitas.*
Digna est per æternos colores
Viuere, quos vetat interire.

APODOSIS ALTERA.

TE quoque decenter exprimit specularis conus, Ecclesiæ Imperator Excellentissime. Conuenit namq; summa pars galeæ Summo Pontificiæ Militiæ Duci. Caput illa tutatur: Tu mundi Caput Romam defendis: Tu Pontificem, Christianorum caput. Fuit olim apud Barbaros Centurio, qui facem imponens cono, flammis illis gelu timoris excitaret in cordibus hostium. Tu tam benigno quàm generoso animi ardore pestem in Vrbe debacchantem cohibuisti primùm, ad extremum fugasti. Vt propterea de Te iustiùs, quod de Arpinate Mario dictum fuit, proclamari debeat à posteris: Actum erat; nisi MARIVS illi sæculo contigisset.



AD

AD EXCELLENTISSIMVM PRINCIPEM MARIVM CHISIVM

Supremum Ecclesiæ Ducem.

FOrtuna lætos prospera comprobat,
Aduersa magnos. Expetijt, MARI,
Te Roma suspirans, vt Orbis,
Fratre minor, regeres habenas:
Ætate maior, imperio minor;
Cedente natura arbitrijs Dei.
Non ante sed iuuit togatam
Fronte hilari recreare gentem:
Quàm sortis atra tela nocentia
Vrbs Vrbium tristi exciperet sinu.
Sic nempè mundo aspectus astri
Gratior exoritur diurni:
Cum fulminante exterrita contremit
Natura Cælo: & nubibus horrido
Fragore debacchantur imbres:
Omne nemus pauet, omnis era.
Tu fidus Vrbi rebus in anxijs
Faustum renides. Te duce pestilens
Nimbus coërcetur, nec est par

Par-

Parthenopes dolor, & Quiritum.
Quantùm illa terrorem omnibus intulit
Clausos penates depopulans lues;
Cùm Roma se mœrens negaret
Vertice tam misero esse Romam!
Communis olim patria Gentium,
Erat Colonis nuper inhospita.
Et pœna quondam criminosis,
Fecerat exilium beatos.
Lugubre latis iustitium reis,
Et solitudo imperuia Curiæ.
Rarus frequentabat potentum
Tecta, priùs celebrata, cultor.
Docta silebant atria Palladis,
Pubis Quirinæ flore per otium
Marcente. At instantis ruinæ
Vnum erat effugium, latere.
O templa Diuum, *ò Regia Numinis;*
Vt solus horror vos tenet, ac tremor!
Facunda vox non mulcet aures;
Non hominum, fidiumque cantus.
Infecta ferri corpora curribus
In pestilentem vidimus insulam;
Contaminato tetri ab axis
Aëre diffugiente turba.
Tam luctuoso tempore ades, M A R I,
Præsens laboranti auxilium rei.
Non Sena te misit, sed Aether.
Indè salus modò parta Romæ.

Ad Eumdem.

SEptimùm rurſus tibi, Roma, Conſul
Proſpicit: non quem patria Eloquentum
Principis, nullo genuit ſuorum
Stemmate clarum:
Virginis ſed quem peperiſſe gaudet
Vrbs in Etruſca genialis ora;
CHISIÆ gentis generoſa auorum
Stirpe creatum.
Dum Numantinam metuendus Vrbem
Scipio dura obſidione cingit:
Intereſt bello MARIVS, virentis
q; Integer aui.
Dum ab occaſu Ducis Africani,
Dignûs armorum imperio potiri
Quæritur; cunctis MARIVM præire
Scipio ſignat.
Pacis in Regno placidum recumbit
CHISIO munus MARIO; nec auget
Horridas cædes hominum, ſed almæ
Pabula vitæ.
Qualis at iuris facies, & æqui
Principis magni decorat miniſtrum!
Nulla priuatæ rationis vrget
Iuſtitiam vis.
Ab ſuo talem Duce fert honorem
Laudis. En lucri, cupidaque ſordis
In-

Integer : qui non ſua, nec ſuorum
Commoda ſpectat :
Ciuium ſola emolumenta quærit.
Publica quicunque rei miniſter
Non ſuam laxat, reditus meretur
Voluere mundi.
Quid *Iugurthinos veteris triumphos*
Fama decantas MARII? *quid actos*
In fugam Cimbros ? *meritoſque multis*
Martis honores?
Hoste de ſæuo meliùs triumphat
CHISIVS, *peſte, in media ſuburra*
Signa ponente, Annibaliſque *dira*
Vota probante.
Rebus infeſtis data, nunc & olim
Profuit Romæ *Mariana virtus.*
Illa ſed vertit faciem : hæc eodem
Ore perennat.

ADMIRANDVM XIX.

Columnæ Speculares.

DVas illas Columnas, in quibus CHISIA domus non inclinata, ſed ad ſummum erecta faſtigium, recumbit, luculenter expingebant Columellæ ſpeculi vice refe-

referentes imaginem Excellentissimorum Principum Augustini, & Sigismundi. Insistebant hæ tabellis fortuita colorum confusione resperfis. Sed ea confusio tam bellè distinguebatur in Columnis: vt incuria illa, omni accuratior diligentia videretur: & (quod Protogeni contigit in fingenda spuma Canis, equi Nealci) faceret casus artem, & fortuna naturam. Plin. lib. 35. c. 10.

APODOSIS.

COlumna te nobis repræsentat, optime Princeps AVGVSTINE. At quo nomine appellanda tot nunc, aut olim surgentium in hac Vrbe columnarum? si quam obtines Hadrianæ molis præfecturam spectemus; bellica dicetur: vt illa quæ fuit ante vetus Bellonæ templum erecta. Si verò pacis amans ingenium tuum: ex eis vna quæ fanum Pacis ornabant. Ob eam, quam à Consobrino tuo speramus, de Turcarum classe victoriam; rostrata vocari merito potest. At quia virtutes tuæ, quæque annorum decursu geres, digna sunt immortalitate marmorum; ad inuidiã Traiani, atque Antonini co-

lum-

Ad eundem.

TVtela Mundi Roma, Terrarum Caput
Sertis coronatum tribus.
Tutela Romæ Arx Aelia triplici quoque
Præcincta murorum ambitu.
Tutamen AVGVSTINVS Arcis Aeliæ;
Tutamen an non Orbis est?
Quantum est tueri regium Orbis verticem:
Et Orbem in vrbe conuenam!
Seruator ergo generis humani audiat,
Seruare qui Romam potest.
Agnosce vigilem, Tybri, Custodem tuum
Arce excubantem desuper:
Et fluctibus venerare cunctis Principem,
Vestigia Arcis osculans.
Inimica contra (auerte Numen) agmina
Camillus alter hic foret.
Et imminentem Romæ in Annibalem ferum
Nouellus hic Fabius foret.
Nomenque dignè gereret à Sanctissimo,
Nuper relictum Patruo.
Cunctando, & ipse restitueret rem quoque
Vrbi, & sedendo vinceret,
Tam forte propugnando propugnaculum,
Quoties asylum præstitit
Arx Hadriana Vaticano Principi;
Vtcumque miles insolens
Non metueret vexare adorandum caput!
Et quando monstrum informius

Ro-

Romana Sedes vidit : vt biceps, triceps
Venerabile imperium foret ,
Is Competitorum habitus est potentior ,
Qui molem haberet Aeliam.
Munimen illud quippe qui Romæ tenet ,
Hic in manu Romam gerit .
Vrbs igitur , AVGVSTINE, nunc tua in
Quando Vrbis est Arx in manu (manu est,
Secura Roma in mente ALEXANDRI , &
In dextera viuit tua . (simul

APODOSIS ALTERA.

NOn ægrè feret nobilissimus Puer Sigismundus, hanc imitatricem oris sui columellam lactariam appellari : vt olim dicta columna Romano in foro , Quamuis enim iam pridem amotus fuerit ab lacte Nutricis ; nondum tamen abiunctus est à lacte sapientiæ . Adhuc eũ illa suo fouet in sinu, adhuc inhiãtibus labellis instillat cãdorem pietatis, dulcedinem doctrinæ. Has lactis prerogatiuas duobus exprimit ab vberibus, gente scilicet CHISIA, & Piccolominea; vbere vtraque virtutibus, ac litteris. In quantam spem educatur, qui pro Nutriciis tres Pontifices habet !

gulares cum sint virtutes tuę, nequeunt aliis esse communes.

AD EMINENTISSIMVM
FLAVIVM
CARDINALEM CHISIVM.

QVis ora, Flaui, Protogenes tua
Docet colores reddere? dignus es,
Quem penicilli effingere omnes
Ambitione noua laborent.
Gessit se asylum quippe domus tua
Arti creandi corpora lineis.
Solis ALEXANDRIS decorum est
Diligere, atque animare Apelles.
Hæreditatem cernere patriam
Cui sit pudori? magnificum tui
Duxere maiores colorum
Artifices releuare dextras.
Hoc liberali præsidio Artium
Cunctis praiuit, magnifici ferens
Agnomen AVGVSTINVS; Vrbe
Diuitijs resonans, & Orbe.
Senensis illi maxima debuit
Balthassar augmenta, & decorum, & rei.
Hoc architectante excitata
CHISIA Transtyberina sedes,
Romana per miracula cernitur.

Amni

Amni incubantem respice porticum,
Quæ lege stat Vitruuiana,
Zeuxidas & specie lacessit.
Vides resectum Gorgonis horridæ
Caput, cruentasque anguineas comas;
Scutoque victorem Mineruæ
Persea, pennigerisque talis?
Quæ saxa circum stant, homines erant.
In saxa vertit veriùs Artifex
Balthassar obiectu figuræ
Artis ad ingenium stupentes.
Romanus hac & Iulius in domo
Curæque partem, & nominis occupat:
Quemque antè Vercellæ dedere,
Sena, tibi docilem colorum;
Hoc in theatro Antonius edidit
Gestum exprimentem viuidè imagines.
Sed nullus æquat penicillus
Magne tuos Raphael honores.
Quem Roma sese pulchrior vt foret,
Huc misit Vrbinum. Ædibus addidit
Quod CHISIIS decus, marino
Vecta super Galatea curru:
Circumque Tritonum adsiliens chorus,
Et turba plaudens Nereidum! Hoc opus
Dextra tuæ est, celestis Auctor
Nomineque, ingenioque, & ore.
Sic nutrit Artes, Artifices fouet
Ætate in omni CHISIA largitas.
Digna est per æternos colores
Viuere, quos vetat interire.

APODOSIS ALTERA.

TE quoque decenter exprimit ſpecularis conus, Eccleſiæ Imperator Excellentiſſime. Conuenit namq; ſumma pars galeæ Summo Pontificiæ Militiæ Duci. Caput illa tutatur: Tu mundi Caput Romam defendis; Tu Pontificem, Chriſtianorum caput. Fuit olim apud Barbaros Centurio, qui facem imponens cono, flammis illis gelu timoris excitaret in cordibus hoſtium. Tu tam benigno quàm generoſo animi ardore peſtem in Vrbe debacchantem cohibuiſti primùm, ad extremum fugaſti. Vt propterea de Te iuſtiùs, quod de Arpinate Mario dictum fuit, proclamari debeat à poſteris: Actum erat; niſi MARIVS illi ſæculo contigiſſet.



AD

AD EXCELLENTISSIMVM PRINCIPEM
MARIVM CHISIVM
Supremum Ecclesiæ Ducem.

FOrtuna lætos prospera comprobat,
Aduersa magnos. Expetijt, MARI,
Te Roma suspirans, vt Orbis,
Fratre minor, regeres habenas:
Ætate maior, imperio minor;
Cedente natura arbitrijs Dei.
Non ante sed iuuit togatam
Fronte hilari recreare gentem:
Quàm fortis atra tela nocentia
Vrbs Vrbium tristi exciperet sinu.
Sic nempè mundo aspectus astri
Gratior exoritur diurni:
Cum fulminante exterrita contremit
Natura Cœlo: & nubibus horrido
Fragore debacchantur imbres:
Omne nemus pauet, omnis era:
Tu fidus Vrbi rebus in anxijs
Faustum renides. Te duce pestilens
Nimbus coërcetur, nec est par

Par-

Parthenopes dolor, & Quiritum.
Quantùm illa terrorem omnibus intulit
Clausos penates depopulans lues;
Cùm Roma se mœrens negaret
Vertice tam misero esse Romam!
Communis olim patria Gentium,
Erat Colonis *nuper inhospita.*
Et pœna quondam criminosis,
Fecerat exilium beatos.
Lugubre lætis iustitium reis,
Et solitudo imperuia Curiæ.
Rarus frequentabat potentum
Tecta, priùs celebrata, cultor.
Docta silebant atria Palladis,
Pubis Quirinæ flore per otium
Marcente. At instantis ruinæ
Vnum erat effugium, latere.
O templa Diuum, *ò Regia Numinis;*
Vt solus horror vos tenet, ac tremor!
Facunda *vox non mulcet aures;*
Non hominum, fidiumque cantus.
Infecta ferri corpora curribus
In pestilentem vidimus insulam;
Contaminato tætri ab axis
Aëre diffugiente turba.
Tam luctuoso tempore ades, MARI,
P*ræsens laboranti auxilium rei.*
Non Sena te misit, sed Aether.
Indè salus modò parta Romæ.

AD

Ad Eumdem.

SEptimùm rurſus tibi, Roma, Conſul
Proſpicit: non quem patria Eloquentum
Principis, nullo genuit ſuorum
Stemmate clarum:
Virginis ſed quem peperiſſe gaudet
Vrbs in Etruſca genialis ora;
CHISIÆ gentis generoſa auorum
Stirpe creatum.
Dum Numantinam metuendus Vrbem
Scipio dura obſidione cingit:
Intereſt bello MARIVS, virentis
q; *Integer æui.*
Dum ab occaſu Ducis Africani,
Dignus armorum imperio potiri
Quæritur; cunctis MARIVM præire
Scipio ſignat.
Pacis in Regno placidum recumbit
CHISIO munus MARIO; nec auget
Horridas cædes hominum, ſed almæ
Pabula vitæ.
Qualis at iuris facies, & æqui
Principis magni decorat miniſtrum!
Nulla priuatæ rationis vrget
Iuſtitiam vis.
Ab ſuo talem Duce fert honorem
Laudis. En lucri, cupidæque ſordis

In-

Integer : qui non sua, nec suorum
Commoda spectat :
Ciuium sola emolumenta quarit.
Publica quicunque rei minister
Non suam laxat, reditus meretur
Voluere mundi.
Quid Iugurthinos *veteris triumphos*
Fama decantas MARII? *quid actos*
In fugam Cimbros? *meritosque multis*
Martis honores?
Hoste de sauo melius triumphat
CHISIVS, *peste, in media suburra*
Signa ponente, Annibalisque *dira*
Vota probante.
Rebus infestis data, nunc & olim
Profuit Roma *Mariana virtus.*
Illa sed vertit faciem : hac eodem
Ore perennat.

ADMIRANDVM
XIX.
Columnæ Speculares.

DVas illas Columnas, in quibus CHISIA domus non inclinata, sed ad summum erecta fastigium, recumbit, luculenter expingebant Columellæ speculi vice refe-

referentes imaginem Excellentissimorum Principum Augustini, & Sigismundi. Insistebant hæ tabellis fortuita colorum confusione respersis. Sed ea confusio tam bellè distinguebatur in Columnis: vt incuria illa, omni accuratior diligentia videretur: & (quod Protogeni contigit in fingenda spuma Canis, equi Nealci) faceret casus artem, & fortuna naturam. Plin. lib. 35. c. 10.

APODOSIS.

COlumna te nobis repræsentat, optime Princeps AVGVSTINE. At quo nomine appellanda tot nunc, aut olim surgentium in hac Vrbe columnarum? si quam obtines Hadrianæ molis præfecturam spectemus; bellica dicetur: vt illa quæ fuit ante vetus Bellonæ templum erecta. Si verò pacis amans ingenium tuum: ex eis vna quæ fanum Pacis ornabant. Ob eam, quam à Consobrino tuo speramus, de Turcarum classe victoriam; rostrata vocari merito potest. At quia virtutes tuæ, quæque annorum decursu geres, digna sunt immortalitate marmorum; ad inuidiā Traiani, atque Antonini co-

lum-

lumna isthæc mole minor, miraculo maior, AVGVSTINI nominabitur.

AD EXCELLENTISSIMVM
PRINCIPEM
AVGVSTINVM
CHISIVM,
Arcis Hadrianæ Præfectum:

O Magni Patris haud progenies minor
Augustine, vides Principe in Vrbium
Quæ vestigia dudum
Ille impressa reliquerit?
Si Romana subis templa, frequentibus
Augusti obsequijs culta tuebere:
Quà sacrum aëra multa
Spirabat prece feruidum.
Aulam si relegis Christiadum Patris,
Felici tibi iam sorte domesticam:
Hic prudentia crebrum
Augusti specimen dedit.
Hìc maturi animus consilij potens,
Et par præcipuis cura negotijs
Mirantes tenuere
Cœtus purpurei Patris.

Fran-

Franciscum ante alios iudicio inclytum,
Atlantis Proaui *magnanimum Herculem;*
Cuius mens oculata
Virtutum inspicit intima,
Metiri modulo quemque suo sciens.
Huius corda sibi Augustus amabili
Vinxit fœdere, vasti
Orbis corda capacia.
Si *quando celebres Vrbis inis vias;*
Illic nunc etiam rara modestia,
Et communis in omnes
Fragrat splendida comitas.
H*ac vestigia tu dum relegis, premis:*
Augustumque refers moribus alterum.
Non ille occidit in te
Viua spirat imagine.
Virtutis patriæ quale nitet iubar
In vultu; in generosi indole pectoris;
In verbis, moderatrix
Quæ prudentia ponderat!
Q*uos gestus agis ipse, & Pater egerat.*
Vt motas oculos, mouerat & Pater.
Augustusque videri
Et re, & nomine diceris.
Fortes proueniunt fortibus: est vetus
V*ox, & vera. Quis ergo, & facie, & manu*
Augustam neget esse
A*ugusti sobolem* Patris?
Tu ter Maxime, terque Optime Principum,
Quid desiderio fratris adhuc gemis?
Ipse mortuus ille:
In nato rediuiuus est.

Ad

Ad eundem.

TVtela Mundi Roma, Terrarum Caput
Sertis coronatum tribus.
Tutela Roma *Arx Aelia triplici quoque*
Pr*aecincta murorum ambitu.*
Tutamen AVGVSTINVS *Arcis Aeliae;*
Tutamen an non Orbis est?
Quantum est tueri regium Orbis verticem:
Et Orbem in vrbe conuenam!
Seruator ergo generis humani audiat,
Seruare qui Romam potest.
Agnosce vigilem, Tybri, Custodem tuum
Arce excubantem desuper:
Et fluctibus venerare cunctis Princip*em,*
Vestigia Arcis *osculans.*
Inimica contra (auerte Numen) agmina
Camillus alter hic foret.
Et imminentem Romae in Annibal*em ferum*
Nouellus hic Fabius foret.
Nomenque digne gereret a Sanctissimo,
Nuper relictum Patruo.
Cunctando, & ipse restitueret rem quoque
Vrbi, & sedendo vinceret,
Tam forte propugnando propugnaculum,
Quoties asylum praestitit
Arx Hadriana *Vaticano* Principi;
Vtcumque miles insolens
Non metueret vexare adorandum caput!
Et quando monstrum informius

Ro.

Romana Sedes vidit: vt biceps, triceps
Venerabile imperium foret,
Is Competitorum habitus est potentior,
Qui molem haberet Aeliam.
Munimen illud quippe qui Roma tenet,
Hic in manu Romam gerit.
Vrbs igitur, AVGVSTINE, nunc tua in
Quando Vrbis est Arx in manu (manu est,
Secura Roma in mente ALEXANDRI, &
In dextera viuit tua. (simul

APODOSIS ALTERA.

NOn ægrè feret nobilissimus Puer Sigismundus, hanc imitatricem oris sui columellam lactariam appellari: vt olim dicta columna Romano in foro, Quamuis enim iam pridem amotus fuerit ab lacte Nutricis; nondum tamen abiunctus est à lacte sapientiæ. Adhuc eũ illa suo fouet in sinu, adhuc inhiãtibus labellis instillat cãdorem pietatis, dulcedinem doctrinæ. Has lactis prerogatiuas duobus exprimit ab vberibus, gente scilicet CHISIA, & Piccolominea; vbere vtraque virtutibus, ac litteris. In quantam spem educatur, qui pro Nutriciis tres Pontifices habet!

G AD

AD EXCELLENTISS. PRINCIPEM
SIGISMVNDVM
CHISIVM.

AEneas Pius, & magnus Auunculus
Franciscus Puero sufficiunt tibi,
Sigismunde, animi sensa virilia,
Et laudum geminas faces.
Annos ille rudes asperioribus
Durauit studijs: parcere nescius
Aetati teneræ, vt conspicuos gradus
Aeuum scanderet vltimum.
Hinc per culta vagans nobilium Artium,
Se se vtroque potentem Eloquio extulit,
Etrusco, & Latio; nec patriæ immemor,
Nec linguæ Orbis inutilis.
Aprica ò quoties Aonidum iuga
Gressu magnanimo exhausit, vt inclytam
Sublimi indueret vertice lauream;
Aetas quam grauior tulit.
Tum cognominis haud impiger æmulus
Herois, varias corripuit vias.
Nec solis Itali finibus ætheris
Indefessa circuit
Visendi studia & dissociabiles
Terras, & populorum ingenia omnium.
Te, Germania, præ partibus incolis

Eu-

Europæ reliquis diù;
Sedes imperij maxima, quæ viros
Dignos Imperio ad grandia promoues.
Instructum dominandi arte, Quiritium
Aeneam Solio inuebis.
Huic inde & patria, & Sanguine proximum
Regnatricis egentem haud sapientiæ,
Illustrem Fabium laudibus omnibus
Regno Pontificum asseris.
Quàm praclara tibi præniteat dies,
Sigismunde, vides: exoriens adhuc
Vitæ Aurora tua quod iubar imbibit
Tantis obuia solibus?
Francisci adde nouum lumen Auunculi:
Cuius religio, numinis atque Amor,
Et vitæ integritas, & pudor innocens,
Et Clementia nobilis;
Demissique animi grata modestia,
Aduersisque premi nescia firmitas,
Et nunquàm docilis fallere veritas
Quam partem Ausoniæ latent?
Ille Ignatiades imperio breuì,
Laude at perpetua demeruit sibi.
Tantorum decorum tu patrimonia,
Fortunate Puer, tene.



AD EVNDEM

Genealogia, ſiue Arbor Chiſia.

QVantum gloriæ habes, Puer;
Piccolominea Gentis ab Arbore,
Stirpi quod teneræ inſeras?
Sed non planta minus CHISIA *ſuggerit,*
Septem ſæcula fertilis.
Quercum fructiferam proſpice, quæ ſacris
Orbem frondibus obtegit.
Ima roboris in parte Ranutium,
Sigiſmunde vides manu
Inſcriptum memori? Sanguinis hunc tui
Primum dinumerant Aui.
Ardinghesca ſuum quem Comitem, & loca
Iam circumſita nouerant.
Anſelmum Macereti hinc Dominum legis;
Cui cuſtodia corporis
Olim Cæſarei in Militibus data.
Hoc natus Patre CHISIVS
Cognomen Generi nobile contulit.
Qui ſcriptus propè cernitur,
Ioannes ſuperis ciuibus inſitus,
Quod Genti peperit iubar?
Sigiſmundus Eques iam legitur tibi:
Cuius præmeritis dedit
Lumen Pontificum Iulius, vt foret
Gentis Roboreæ inclyta
Quercus verticibus conſita Chiſijs.

Nã

Nè mirare, quòd aurea
Augustini obeant nominu littera:
Incertum est; opulentior
Hic, an largus opum splenduerit magis.
Germanum illius aspice
Sigismundum; At ei filia nuptui
Senensis data Principis.
Contemplare Camillum hûc, Equitem sacrũ
Nati olim Solyma Ordinis.
Illi Christophorus non procul est Nepos;
Alta ipse & Cruce nobilis.
Agnoscis Marianum? obuius hic fuit
Vrbis nuncius eloquens,
Octauo venienti ad sua Carolo.
Hic & Scipio fulmen est,
Dum bellum in patriam Cæsareum tonat.
En Aurelius; huic pium
Debet perfugium nobilitas inops.
Augustinus hic alteri
Frater, pauperiem reddidit auream.
Noscis FLAVIVM Auum, Puer?
Hunc dixisse sat est Pontificis Patrem.

In singulis Gymnasij angulis bina pendebãt Epigrammata; quæ hic subiiciuntur.



ALEXANDER SEPTIMVS

Ab se doctus.

D*Ebet* ALEXANDER *nulli doctum esse Palestræ:*
Nam studioso omnis cella Palæstra fuit.
Verius & socijs, quam præceptoribus vsus
Doctrinæ, ipse sibi quippe Magister erat.
Claudi non poterat sapientia tanta lycæis.
Nullus ALEXANDRO *hoc dignus Aristoteles.*

Idem Theologicas Theses

MVTIO VITELLESCO S.I. Præposito Gener. dicat.

Q*Vos* FABIO *peperit diuina scientia flores,*
Dux Ignatiadum consecrat ille tibi.
Iacta vides, Muti *magnarum semina rerum.*
Quid dat ALEXANDER, *si dedit hæc Fabius?*
Quod tantùm optasti; missa hæc plantaria Senis
In Venetum campis germina mille ferent.

FLA.

FLAVIVS
CARD. CHISIVS

Prius Iuris peritus, quam Purpuratus.



ANte Quirinali quàm spectaretur in ostro
Flauius, ac Terris iura secunda daret:
Iura recognoscit veterum digesta Quiritum;
Quid vetet, vt possit cernere, quid iubeat.
Cæsarea leges, & Pontificalia iussa,
Roma Orbis vertex, hi tibi sunt oculi.

Ad eundem Sacerdotem ante, quam administrationi adlectum.

QVàm bene, vt Imperium Terrarum ex (parte capessas,
Sacrificas aris porrigis ante manus,
Nec prius exaudis populorum vota precantū,
Quàm tua pro populis æthera vota petant.

Obsequium tibi subiectus qui deneget Orbis,
Cum tua vox paruo claudat in Orbe Deum?

AD EXCELLENTISS. PRINCIPEM

MARIVM

De Romæ statu.



H*Eù qualis primùm Tibi visa illa inclyta (Roma,*
O Princeps, Fama degeneransque sua?
Sed nisi tam misero gemuisset languida vultu,
Non foret auspicijs reddita sana tuis.
Tanti erat hanc Vrbem Te sustentare labantem,
Si non plorasset, plauderet illa minus.



Ad

AD EVNDEM
Saluti publicæ datum :

NAtus es ad vitam populorum, æquissime (Princeps,
Munere iam didicit viuere Sena tuo.
Nunc sacri caput Imperij tua cura tuetur
Ex parte, & triplici detinet hoste procul.
Iamque famem, & pestem Roma ditione fu-
Armis imperitas, vt fera bella fuges. (gasti

AD EXCELLENTISS. PRINCIPEM
AVGVSTINVM
De Arcis Æliæ præfectura.

QVæ fidei commissa tuæ sedet Aelia moles,
Princeps, Aligeri in culmine signa tenet;
Præsidet hic etiam summa Præfectus in Arce,
Perpetuis Romæ peruigil excubijs:
Quantus es Augustine, & quali dignus honore,
Qui cum cælitibus par geris Imperium?

AD EVNDEM

De feſtis Arcis Ignibus.

ARtifices iactat quoties Arx Aelia flãmas,
Multiplici obÿcitur luce corona micans.
Digna caput mundi Romam redimire corona.
Quotque vides ignes, clara tot aſtra putes.
Rectori quid ni illa ſuo hoc diadema laboret?
Indicium Imperij didita flamma comis.



THAV-

THAVMATVRGIAE

PARS SECVNDA

ADITVS COLLEGII.

AD Angulum Atrij, ingredientibus dexterum, præcipuum aperitur ostium in ædes Religiosas. At primò se se offert breuis aula, domesticorum externorumque colloquiis opportuna. In hac excepti Principes, totius Collegij nomine, oratione, quæ sic se habet,

ORATIO.

IN occursum optatissimorum Principum ab imis emicante præcordijs animo, sileret lingua spiritu destituta, nisi eorundem aduentus, qui ei vocem adimit, eam simul loqui compelleret. Quamuis enim in lapidem obriguissem, lapideam eiusmodi quasi Memnonis statuam, Tuus, ***Eminentissime Princeps***, hoc est noui Solis accessus ad loquendum excitaret. Quid autem dico obuiam Tibi iuisse animum, quasi ab animo abes-

AD EVNDEM

De festis Arcis Ignibus.

ARtifices iactat quoties Arx Aelia flãmas,
Multiplici obÿcitur luce corona micans.
Digna caput mundi Romam redimire corona.
Quotque vides ignes, clara tot astra putes.
Rectori quid ni illa suo hoc diadema laboret?
Indicium Imperij didita flamma comis.



THAV-

THAVMATVRGIAE

PARS SECVNDA

ADITVS COLLEGII.

AD Angulum Atrij, ingredientibus dexterum, præcipuum aperitur ostium in ædes Religiosas. At primò se se offert breuis aula, domesticorum externorumque colloquiis opportuna. In hac excepti Principes, totius Collegij nomine, oratione, quæ sic se habet,

ORATIO.

IN occursum optatissimorum Principum ab imis emicante præcordijs animo, sileret lingua spiritu destituta, nisi eorundem aduentus, qui ei vocem adimit, eam simul loqui compelleret. Quamuis enim in lapidem obriguissem, lapideam eiusmodi quasi Memnonis statuam, Tuus, *Eminentissime Princeps*, hoc est noui Solis accessus ad loquendum excitaret. Quid autem dico obuiam Tibi iuisse animum, quasi ab animo

abes-

abesses? Quem nunc habemus in oculis, & præ oculis amamus; iàm altè hærebas animo, nè dicam alter eras nostrorum cordium animus. Liberat me suspicione palpādi, qui tàm grandia, tamque palmaria recolit in nostrum Ordinem collata à PATRVO Tuo ter Maximo, eodemq; Patre nostro ter Optimo beneficia. O nobis dulce nomen ALEXANDRI, cuius semper, vsque ad delicias recordemur? Quantum paternæ illius beneficentiæ debemus, quàm arctis grati animi vinculis illi sumus obstricti? Æstuat in venis sanguis, sequè ipsum vrgendo proritat, eius vt in obsequiū effundatur. Micāt in corde spiritus, ârtusque omnes pulsando excitant, eius vt ad iussa capessenda festinēt. Certè si quis Momi crystallo nostra introspiceret pectora, aut nos sinè corde inueniret, aut in corde expressam illius imaginem, quā Amor velo deposito studiosè depinxit, ministrantibus Gratijs colores, nulla temporis iniuria delendos. Nec tantùm nobiscum viuet illius memoria, sed nobis etiam superstes ad posteros propagabitur: Et quamdiu solis oculus sparsam cùm eius luce Societatem videbit, videbit paritèr nostros sudare calamos, præla torqueri ad eius nomen immortalitati consignandum, vt cùm æternitate certet illius gloria, cuius beneficentia cùm infinitate certauit. Tu verò, *Princeps Eminentissime*, vt illi moribus propinquior, quàm sanguine, &

& corde fimilior,quàm vultu videaris; eiuſdem veſtigijs inſiſtens in nobis amore complectendis, ac patrocinio fouendis,vix nouæ dignitatis infulis decoraris,cùm prolixæ beneuolentiæ ſignificatione,Tua Collegium noſtrum præſentia cohoneſtas, nouæquè lætitiæ primitias nobiſcum benignè partiris; quas vt largiùs impertias, eos tibi comites adiunxiſti, quos vt in purpura, ità in lætitia ſocios habuiſti. O diem nobis triplicato ſole ſereniſſimum! Et quonam beneuolentiæ prodigio hæc hodiè contingunt ulla ſine nube Parelia? Miramur autem ſi duos purpura coniunctiòres, qui totidem ſanguine propinquiores ſecum adduxit? Non vnam ſcilicèt, ſed tres ſimùl Chiſias Gratias excipimus. Eò etiam feliciùs, quòd gratiarum alteram Veteres finxerunt auerſam; Has verò cunctas cernimus ad nos benignè conuerſas. Quantam igitur, humaniſſime Princeps, tecũ aduehis hodierna die lætitiã, cum pedũ poſitione,nõ tàm noſtræ domus, quàm cordium adire poſſeſſionem dignaris, vmbrãq; tuæ Purpurę clariſſimã tegendis,an clarandis? nobis exhibere.Ex hoc equidèm rubicundo ſplendore feliciorum nobis auguror dierum Auroram. Quid enim? Sidus tuo quod in inſigni ſpectamus,Luciferum reprę ſentat; nulla ſcilicèt ſtella, niſi Lucifer, ſola relucet. Tu verò ſi non ſolus, certè luminis fonti propinquior præ cæteris ſideri-

bus

bus emicas. At nimis diù solo candore claruisti quasi immaturo diluculo? Nunc demùm ex candidato purpuratus rubicundam refers Auroram. Quid si dum nobis affulges, nostræ ad cantum musæ excitantur? Sic aues Auroram experrectæ salutant. Nostras autem dico musas, an tuas? Chisijs enim è Montibus plusquàm bicipiti Parnasso, ad Te salutandum conuenerunt. Tui verò ruboris tri haud nobis dumtaxat fuit Aurora: fuit vniuersæ Ciuitati, quæ funesta pestiferæ illis nocte squallebat; Nocte timoribus rigida, lacrymis humida, tenebricosa funeribus, quam Vespillones, quasi Vespertiliones circumuolabant, & mortis omen ferentes tristi bubones gemitu replebant: illud tamen habebat solatij, quòd ad eius custodiam, non Luna solum excubabat vicariam fratri curam impendens, sed vigiles etiam purpurantium siderum oculi eiusdem incolumitati prospiciebant, benignæque lucis aspectu, ipsius solitudinem recreabant. Sed qui abesse debuisset Sol siderum princeps, ille maximè aderat, suum enim sideribus lumen impertiens vnus in omnibus relucebat, aureiquè splendoris profusione tristissimas eas tenebras temperabat. Multò tamen vberius Ciuitatem exhilarauit, cum nocte penitus depulsa rubicundam hanc illi ostendit Auroram. Quis enim neget maiori homines gestire lætitia in vnius Auroræ diurno,

quàm

quàm in plurium fiderum nocturno fplendore? Nec Ciuitatem modò recreauit, fed Mundum vniuerfum, cuius nationes omnes illa complectitur. Tu verò, *Eminentissime Princeps*, vt Vrbem fimul, & Orbem vno luftrares afpectu, pulchro fanè Confilio hùc pedem intulifti, quò Iuuenes ex omni Vrbis Angulo, Orbifque Regione difciplinarum ftudio confluunt; hìc ergo Te fpectandum offerens totam lætificas vniuerfitatem, tota tibi vniuerfitas gratulatur. An non in Tui afpectu tripudiet, Tibique Purpuram gratuletur, cuius anteà egregiam indolem, recti tenacem, decori amantem, in deliberando prudentem, in agendo moderatam quafi fubluftri mane fufpexerat, in fpem certiffimam prouectioris diei? Exultat enimuerò, & in hoc Romano Gymnafio, quafi in mundi epitome omnium Tibi gentium plaudit affectu, omnium Tibi nationum linguas impendit, vt adeò fingularem aduentus tui gratiam rependat.

Quanquam non Te huc aduentaffe autumo, vt Tibi gratias ageremus, fed vt ipfe potius gratias ageres fapientiæ, quæ hìc fua tanquàm in domo habitat. Illi enim acceptas refers infulas, quibus initiatus nuper fuifti. Intellexeras fiquidem ex Vaticana Cortina, prius Tibi doctrinæ laurea virefcēdum effe, quàm dignitatis purpura rubefcendum; Et laurea quidem non caducis

fron-

frondibus; sed quæ scientiæ firmitatem in caussis doctissimo consessui proponendis ostenderet. Vt enim tantùm Tibi adimeretur inuidiæ, quantùm adderetur meriti, priùs Te sanctissimus PATRVVS inter suæ Curiæ Præsules cooptandum curauit: Naturę exemplo, quæ prius terram iubet pallescere in viola, quàm in Rosa rubescere, & ab humilioribus incipit floribus, vt ad Roseta consurgat.

Sed Rosæ mentio Tui me monet verecundi ruboris, nec finit vltrà in laudando progredi, nè Tibi vultum quasi vulneratæ modestiæ sanguine aspergam: Parco igitur Tibi, quin mihi etiam parco, dum à Tuis tempero laudibus; Nam, & me vicissim puderet pluribus laudare præsentem. Præstent hoc qui non sentiunt parietes, quæ non erubescunt litterę: quanquàm parietibus ipsis, si non planè adimis, certè minuis laudandi vim. Cum enim illi, non calami solùm, sed penicilli etiam ope loquantur, calamum dumtaxat illis permittis, vt solo atramento candidiores sint rerum Tuarum laudatores. Nutum istum tuum venerati penicillos reijcimus, nec ad Te magnificentius excipiendum sumptus vllos facimus in depingendis emblematis, aut excitandis simulacris. Quid enim? Non eget pigmentis, qui per se pulcherrima exornat: Nuda veritas suo magis placet candore. Non itaquè pictura, non

scul-

fculptura, fola fapiẽtia, cuius limen ingrederis, operam Tibi fuam impẽdat. Solam enim fe effe gaudet in tanti hofpitis obfequio. Mufas tantùm fibi adiungit, fuas videlicet administras, non tamen folas amœniores, quæ canendo, verùm feueriores etiam, quæ contemplando valent. In alijs enim Dynaftis excipiendis fola Poetarum, atq; Oratorum laborauit induftria, Tibi Philofophorum etiàm, & Mathematicorum fudauit ingeniũ. Hi enim ingeniosè commenti plura naturæ, Artifque miracula, ea paffim fpectanda propofuerunt, vt oculis fubiecta, animos inuitent, non tam ad occultas eorum caufas inquirendas, quàm ad myfticam eorundem fignificationem in Chifiorum præconia deriuandam. Hoc enim verò fuerit nouum genus emblematum (quando nouum mandatum, noua nos comminifci coegit) Emblematum inquam, quæ non rerum imagines, fed res ipfas exhibendo aliquid arcani fignificent. Et hæc quidèm in rem noftram cadunt aptiffimè; non enim pictis, fed veris vtimur, qui veras ex eis laudes elicimus; præterquamquod in fapientiæ lycæo, non penicilli, fed calami funt, & non eft alius in pretio, nifi atramenti color, quo nullus nobilior, nullus perennior. Nec ad Gymnafium luculenter ornandum alia melior fupellex, quàm quæ ab ingenio depromitur; Cum præfertim his tantùm promptuarijs abun-

det religiosa Paupertas. Tuis igitur digna- re oculis quæ spectanda præbemus. Machinamenta suspicies, non materia, non specie, non pretio, sed sola inuentricis scientiæ admirabilitate conspicua. Inter hæc autem rerum miracula, quæ aliorum Tibi proponit sapientia illud potissimum mirare, quod mea Tibi exibet inscitia: Quid enim mirabilius sit, quã tot inter Viros eloquentia florentes, audire stipitem loquentem? sed Chisij plusquàm Dodonæi Numinis afflatu, vel mutæ Quercus loquuntur. Atqui satis loquutus finem dicendi facio, nunquàm facturus repetendi gratiæ tantæ memoriam. Quid inquam gratiæ? omnes, vt anteà commemorabam simul gratias excepimus. Vtinam reddendo impares, non simus semper ingrati. Ideò enim Charitum vnam auersam, duasquè conuersas Poëtæ finxerunt, vt seriò fabulantes monerent, pro vna recepta Gratia, duas esse reddendas. Si plures igitur referendæ sunt, quàm quæ fuerint acceptæ, quasnam referre poterimus, qui omnes accepimus? si præ Nostra tenuitate referimus nullam, infinitas habemus.

Ibidem alia exposita Admiranda cum suis accommodationibus, & Epigrammatis in vnius ALEXANDRI SEPTIMI laudem.

AD-

ADMIRANDVM XX.

Mons Montium,

MOntes imponere Montibus creditus olim Gigantum labor: iam verò puerilis dexteræ ludus est. Quinis enim Montibus in pauimento, altero super alterum in quincuncem collocatis, ad perficiendum excelsum Chisiæ Gentis insigne, vnus desiderari videbatur Ergo si puer quispiam tenuissimo filo, vel capillo machinulæ ferreæ manubrium circumagebat; Sextus Mons centum quinquaginta librarum pondere post alios occultus, cum imposita Stella paulatim eleuabatur, atquè ad culmen aliorum perductus, paulùmque protractus, cæteris incumbebat. Erat autem posita epigraphe. *Præparatus Mons Domus Domini in vertice Montium*. Quàm verò fabulosè dicti sunt Gigantes agglomeratis Montibus gradus in Cælum sibi facere voluisse: tam verè de Chisijs Montibus, quos Cæli claues decussatæ coronant, affirmari potest: *Hàc iter ad superos*.

APODOSIS.

A dextero latere.

IMples ALEXANDER, & omen stemmatis, & Vatis oraculum. Æternæ rota prouidentiæ quàm facili conuersione Montem Domini extulit suprà verticem Montium? Reges terris eminentes Montes sunt, quorum supra verticem Mons Domini Romanus est Pontifex, summus, & vnus. Illi terris hærentes, terrena, hic astra tangens cælesti eminet potestate. O Mortalium Beatissime, quia sedi proximus Beatorum. Olympum imitare, qui alios suprà Montes attolleris. Te perpetua serenitas, Te propinqui sideris fortunet aspectus: alios contristent nubila, fulmina concutiant.



A Si-

APODOSIS.

A ſiniſtro latere.

POli Stellſa eſt, quæ vltra Montes lucens altiorem Mundi tenet verticem. Hæc Eccleſiæ nauim dirigit Cynoſura. Hanc qui non ſuſpicit, tranſuerſus agitur, & in ſyrtes, non in portum appellit. An non Stella ſit Poli, in quo totus nititur, totus vertitur Orbis? In Orbis tamen vertigine hæc tantùm manet immota. Labuntur cæteræ, quamuis fixæ dicantur: vna fixa eſt, quam cunctæ ambiunt. Viue AEEXANDER viue, & tanquam Poli ſidus, nunquam occide.

ADMIRANDVM XXI.

Plutei verſi, non euerſi.

ROtundæ tabulæ duæ, ſibi in latum aduerſæ, multos axes in gyrum infixos complectuntur. Horum ſingulis pluteus vnus apertis libris onuſtus incumbit: Tota moles duobus in ſolo pedibus, ſeu fulcris

insistit. Si quis ergò lectis vnius plutei libris, alios habere velit ob oculos, extremæ tabulæ latus inflectit. Eo flexu circumuoluuntur axes, plutei verò eis impendentes, ità suo pondere librati sunt, vt ascendant ad mouentis arbitrium, aut descendant: aduersi appareant, euersi celentur. nunquàm tamen euertantur; aut impositos libros deuoluant. Et negabimus, terram suis libratam ponderibus in medio Mundi consistere: quando tam claram eius firmitatis imaginem videmus?

APODOSIS.

SVbiectam vides machinam mirabiliter versatilem? Versa illam: impositi voluentur, nec deuoluentur libri. Stabit semper Sapientia, siue attollat, siue deprimat te rota Fortunæ. Vices non habet vllas, quæ Dei inter homines implet vicem. Vt sol in Mundo; ità in Mundi epitome Sapientia. Quid si hæc hominem nunquàm deserit, sed post obitum comitatur? Sol nunquàm occidit, sed ad alterum Mundi transit hemicicl um.

Ade-

A dextero Latere erat Epigramma.

ALEXANDRI
SEPTIMI
Sapientia.

INgens tui pila mundus, inquietum
Prouidentia sola regnat Orbem.
Regnandum hunc FABIO dedit? quid ille?
Igne mentis, & igneis medullis
Hæret numini amabili, Deiquè
Se tradit sapientiæ regendum.
Diuinæ Sapientiæ lacertis
Importatus in astra, portat Orbem:
Quæ docere alios Magister ardet,
A Deo prius ipse prædocetur.
Agendo docet, & docet loquendo:
Loquendo docet, & docet silendo.
Exemplo docet artium vnus artem:
Qui mundum regit, à Deo regatur.

A Siniſtro Latere
FABII CHISII
Priuata Sapientia.

QVem mater Sapientia educauit
Priuato in Lare, ad omnium ſalutem
ALEXANDER, ad omnium ſalutem,
Priuato in Lare, Quantus educaris?
Hic heroica Muſa quidquid audet,
Et quæ Cæſaris Aula iura condit:
Et quæ Pontificum Tiara ſancit:
Qua trinum latet vnicumque numen
Cortinam reſeras, & illam, & illam
Mundorum in gremio Dei latentum
Abyſſum impenetrabilem penetras.
ALEXANDER id audet in iuuenta?
Hac iuuenta ſagacior ſenecta eſt.

ADMIRANDVM
XXII.
Rota Ambulatrix.

SCanſilis aſſer in obliquum clementèr deflexus ſpectabatur cum modica in ſummo planitie. Eius ad imum artificioſa Rota col-

collocatâ, nemine impellente, aut sustinente, suaptè spontè per asserem paulatim ascendebat, donec in plano consisteret. Sensum illum inesse Rotæ diceres, qui præ stupore spectantibus, occultæ vis ignaris, adimebatur.

APODOSIS.

Miraris Rotam nullo impellente se ipsa ascendere? suum illam pondus attollit: ad honoris fastigia, quo grauius meritum, eo est facilior ascensus. O Pondus leue! sic auem non grauant pennæ, sed leuant. Non tot autem sunt in Aquila pennæ, quot in ALEXANDRO Merita. Quid mirùm si tàm sublime volauit? Vtinam huic quoque regiæ volucri, quæ in Montium verticibus nidificat, reparata rependeat in senio iuuentus. Certè illa pennas continenter nouas emittit, sed non amittit antiquas.



Cum

Cum hoc Epigrammate.

Virtutis graue pondus alta semper
Conatu petit arduo, suaque
Surgit pondere molis. Eleuatam
Nulla vi, neque machina, nec arte,
Solo at pondere CHISIAM tuere
Virtutem, Dei ab imbre ponderosam.
Hinc est quod FABIVS suprema vectat
Ad fastigia, verticemque mundi,
Nullum pondere degrauat, quia ipsum
Naturalis ad alta motus egit;
Naturalis hic est locus merenti.

ADMIRANDVM XXIII.

Casus se sustinens.

NOn procul quadratus lapis incumbebat parieti obliquatus in terram. Huius in vertice globus aereus deponebatur. Ille per decliue saxum ruere suo pondere, ac more. Verùm vbi peruenit ad medium, præter morem sua vi subsistit. Hæreret hic etiam omnis de grauibus leuibusque Philosophia: nisi huius miraculi opificium philosophicum esset.

APO-

APODOSIS.

AEneus globus in decliui positus ruit in præceps:. vi tamen arcana in medio restat casu, quasi miraculo attonitus. Quis timeat, si Orbem videat bellorum impetu ruentem? Consilio prudentissimi, & precibus Sanctissimi Pontificis à ruina vindicabitur. O ALEXANDRVM Iosue feliciorem! Ille solem, Tu Mundum ab occasu contines; Et ille quidem bella producens, Tu bella compescens.

Cum hoc Epigrammate.

PRob quanto rapitur, ruitque præceps
Orbis turbine? siue martiali
Æstro feruet actus in furorem,
Seù fædæ luis impetatur ictu;
Suis, seu vitijs tumultuetur.
Heù quis irreparabilem refrenet
Lapsum? CHISIVS *vnus hunc refrenat*
Precum pondere, sistit & ruinam,
Tanto pondere qui reuinxit Orbem;
Non terra leue, non inane pondus,

Sed

Sed caleste quid obtinet, Deique
Cuncta pondere librat, æstimatque:
Ergo cui Deus ipse pondus addit
Æque pondera cuncta ponderabit.

ADMIRANDVM XXIV.

Maior Parente proles.

CRystallus dimidiatæ pilæ formam habens ardenti lucernæ apponebatur: ab hac profusum lumen tanto cumulabatur incremento; vt illa duplici nomine splendida, multo plus reddidisse quàm accepisse fulgoris videretur. Quis crederet res tam illustres, ac sinceras, lucem, quæ communis est omnibus, fænerare?

APODOSIS.

VIdes grati cordis effigiem in conuexa crystallo, quæ lucem, quam recipit, reciprocat auctiorem. Nos verò ne pares quidem possumus Pōtificū beneficentissimo gratias rependere. Si tamen non referimus, certè habemus infinitas. O nostrum quoque cor esset cry-

cryſtallinum ! Introſpiceres flammam amoris, quæ multiplici gratiarum repercuſſu continenter augetur. Quia verò nimis fragile eſſet cryſtallinum, ſit potius adamantinum, vt eam & perſpicuitate oſtendat, & ſoliditate conſeruet. At nimia foret ipſius durities; Non ſit ergò adamantinum, vt translucendo oſtendat; ſed potius cereum, vt liqueſcendo nutriat flammam latentem

Cum hoc Epigrammate
Societas Ieſu

Ad

ALEXANDRVM
SEPTIMVM.

VIctrix omnia charitas triumphat.
ALEXANDER amoris vnus armis
Vincit omnia: cordiumq; victor
Ducit omnia amoris in triumpho.
Quem nunquam Macedo ſubegit armis,
Hic armatus amore vincit Orbem.
Vincit robore Quercuum, vnde vita
Sudant Balſama pura charitatis.
Vincit lumine ſiderum, vnde tellus
Cæli roribus aureis rigatur.

Vin-

Vincit pondere Montium, vnde manant
In nos flumina mille gratiarum.
IGNATI *in Socios, amando pugnat:*
Pugnat officijs benignitatis:
Pugnat igneus igne charitatis:
Pugnat numinis ore: Pugnat alta
Maiestatis honore: quis repugnet?
Repugnabimus vsque, & vsque, & vsque
Non vincemur amore: vinciemur
ALEXANDRI *adamantinis catenis.*
Illum cordis amabimus medullis:
Cordis nuncia lingua prædicabit,
Librorumque diserta mille linguis
Illum Bibliotheca consecrabit.
Illum nostra sacraria intonabunt:
Et Collegia mille, mille sedes,
Musarum atria mille; parietumque
Notis saxa loquacibus sonabunt.
In nos grandia dona debitricis
Scripsit dextera gratia, sed vngue
Scripsit hæc adamantino. Manebunt.
Hæc IGNATIVS *igneis ab astris*
Kalendaria debitor probauit.
Sic Ignatiada probamus omnes,
Sic sentimus amantèr, & vouemus.
Sic vouemus amantèr, & sacramus.
Iura debita CHISIO *sacramus?*
Hæc periuria ~~mille~~ nulla desecrabunt:
Vita, morte, cruore sanciemus.

AD-

ADMIRANDVM
XXV.
Aërea Pictura.

CRystallinus est orbiculus altera facie levis, altera polygonus, seu multangulus: per eum si quis figeret obtutum, qua parte laeuis est, in obiectam modica distantia tabulam, sparsim, ac temerè coloribus imbutam; distinctè accuratèque formatam intuebatur ALEXANDRI Pontificis effigiem. Angularis Ecclesiae lapis non nisi per angulos poterat internosci: & ad impenetrabilem maiestatem spectandam, tot acuminibus exacuenda erat acies oculorum.

APODOSIS.

CEdat crystalli ingenio Zeuxidis industria: Hic plurium pulchritudinem in vnam contraxit Helenam. Hoc vel informia pulchram coëgit in formam. Mirabilis imago vultus, sed mirabilior animi facies ad quam scilicet pingendam omnium colores confluxere virtutum. Magni vultum Macedonis

donis solus pinxerit Apelles; huius vincit artem, tàm qui vultum, quàm qui mentem maioris pinxit ALEXANDRI.

ADMIRANDVM XXVI.

Simulacrum Sequax.

PVerum videre erat in vase vitreo alis instructum: quibus non aërem finderet, sed aquam circumfusam. Extrà vas Icon ALEXANDRI Pontificis Puero ostendebatur. Vt alij ad aspectum pomi, vel nucum; Sic ille adorandi vultus imagine visus trahi: Mouetur hæc foris; Ille intus: vertitur hæc, Ille se vertit quacunque imago fertur, sequitur Puer; An hic vulgatum illum locum habet. *Trahit sua quemquè voluptas*?

Virg. Ecl. 2.

APODOSIS.

NOstrum in Te, ALEXANDER amorem, non aquæ extinguere, non flumina obruere poterunt. Ille siquidem, vel in frigidam immersus Tui ardet desiderio; Te suspicit, Te sequitur,

tur, in te oculos animumque conuertit. Quidni CHISIVM ad ſidus noſtra, veluti magnetica corda rapiantur? Si verò tu ſiderum maxime ſolem potiùs æmularis, nos quoque florum maximum in te amando ſequemur heliotropium, nullo tamen tempore defloreſcens. Etiam nubilo die ſolem reſpicit heliotropium: quis Tartari halitus te nobis obnubat? Si tamen intercipiet aſpectum, non intercipiet amorem.

ADMIRANDVM XXVII.

Ardor Abluens.

A Victore omnium igne linum Asbeſtinum (quod, & viuum vocatur) inuictum eſt. Ex eo namque, vel fila contorta, vel tela contexta, ſi flammis inijciantur, non modò non exuruntur; ſed etiam ſordibus exuſtis ſplendeſcunt magis, quàm ſi aquis purgarentur. Meritò igitur de illo naturæ hiſtoricus. Huic lino principatus in toto

Orbe. Cum inuentum est, æquat pretia excellentium margaritarum. Nascitur in desertis Indiæ sole adustis, assuescitque viuere ardendo. Quì fieri potest, vt ardendo moriatur, si ardendo viuit?

APODOSIS.

VIx credas oculis, qui comburi, nec cōlumi linum cernis Asbestinum. Sic rubum vidit Moyses innocenti igne flagrántem; sed illud Numinis prodigium fuit, hoc naturę: illud vni ostensum, hoc omnibus. Splendidius optas miraculum? inuictum intuere, tàm calamitosis temporibus ALEXANDRVM. Non potuit ardere bellis Mundus, aut Mundi caput flagrare contagio, quin paternum quoq; ipsius animū adurerent; amantissimo scilicet eiusdem complexu tenebantur. Haud tamèn illum læsit ardor; quin potius, vt linum Asbesti, purgatior, & vt rubus Moysis, sanctior ab eiusmodi flammis euasit.

AD-

ADMIRANDVM XXVIII.

Virtus vna, & multiplex.

NOn Hercules in biuio cernebatur inter Virtutem, & voluptatem ambiguus eligendi; vti Prodicus vigilans somniauit: Sed virtus in biuio simul quadriuioque. Sex enim vnius casulę facies è speculari materie in medio positam Statuam virtutis ita multiplicabant, vt quocunque te verteres, Virtutem intuereris. Felix humanum genus, si ad hanc architecturam domus omnes extruerentur, Vt locus nullus esset, vbi virtus non esset.

Hoc vnicum admirandum in proximo visebatur ambulacro, vbi varię virtutes erant Pontificis ALEXANDRI septimi diuersis Elogijs, & Epigrammatis in hunc modum adumbratæ.



APODOSIS.

IN cryſtallino ſpeculorum Labyrintho, effigiem vnam plurimis imaginibus multiplicante, adumbratam ALEXANDRI virtutem vides, quę vna,& multiplex in varijs honeſtatum formis auguſtior emicat. Simillimum Deo, Mundoque ſpectaculum. Quantùm pulcherrimorum operum Mundus oſtentat? Quàm immenſi rerum pretioſarum theſauri lucent in Deo? At vnus Dęus, vnus mundus, & vna eſt virtus.

Prudentia Priuata.

FOrtunam ſtulti Deam, Prudentiam ſapięntes adorant, artificem Felicitatis. Hac Ferrariæ Prolegatus peſtem depulit, bellum auertit. Hâc Melitæ diſcordes inter ſe Equites compoſuit non ſemel, & Pontificio diplomate promulgato in electionem ſupremi Sacræ Militiæ Præfecti conciliauit. In inferiore Germania Treuirenſis Eccleſiæ turbas tranquillauit: Romæ inter Aulæ tur-

bines

bines inconcussus. In Comitijs cum ad factiones non accederet, ad eum factiones accesserunt, sexaginta quatuor Purpuratorum Senatus, Quorum octo & viginti ætate, quinquaginta antiquitate honoris anteibant.

Prudentia Principis.

MAgneticus lapis nauium rector per nostra maria in Indico Oceano, subducto sideris familiaris aspectu, errat incertus. ALEXADRI prudentia quocunque sub polo inter opposita Principum astra, cursum certissimum tenet. Hinc æmuli Reges, non armis inter se magis, quàm in communem Parentem obsequijs certant. Alter eo suadente, prænobiles aliquot Ecclesiæ Principes in antiquum regalis beneuolentiæ locum reponit: alter in suis Regnis errorum pullulantium fibras excindi iubet. Eo hortante, iuuanteque Leo Venetus in Turcam, post decennale bellum acrior insurgit. Sic suauiter, ac fortiter humana temperat ALEXANDRI Sapientia, sacra salutis anchora Europæ fluctuanti.



Religio Priuata.

DVm crepundia, & ludos ætatis negotia æquales tractant, ipse pios libellos lectitans, Catonem senem, sed Christianum repræsentabat puer. Adultum sapientia, & ætate, ad Romanæ Ecclesiæ obsequia pietas adduxit non ambitio; neque Rempublicam sibi, sed se Reipublicæ dicauit. Prima Romæ cura, Professæ Societatis in templo, sodalitio B. V. dato nomine, animum mancipare: Mox in magistratibus, & muneribus, paria cum Cœlo primùm, deindè cum genere humano facere, ipsis interdum stipendijs templorum cultui consecratis. Et miramur oraculum gentium Seruatoris impletum? Vt qui ante omnia honores quæsierat diuinos, ad solium Diuinitati proximum extulerit honores suos!

Religio Principis.

PRinceps Sacrorum Religionem intendit, sui iam muneris factam intelligens procurationem Sanctitatis humanæ. Statim expiatricibus criminum literis adita Regna, euocatæ ab errorum nocte, ad adorandum Vaticani solem, triumphantium more Reginæ,

ginæ, commotæ regiæ pietatis ardore Septentrionis niues, nutantes Rhetorum alpes auro, & consilijs firmatæ. Vetustissima Vrbis templa à suis olim exornata maioribus, nitore miro, & elegantia restituta: Vt à capite in membra descenderet, Romæ diligentior templorum cultus indictus lege, sancitus exemplo Pontificiæ pompæ per modestiam, & ministeria decora procerum renouatæ: Eminente Maiestate Pontificis ALEXANDRI; & cuius Numinis vicem gerit, fidem nutu, oculis, vultu præferente.

Integritas Priuata.

NE sua continentiæ miracula Græcia iactet, prædicantibus Epaminondam Thebis, Athenis Phocionem. Qui victores Asiæ, atque Europæ Reges, ipsorum dona spernendo, vicerunt. Romana Ecclesia vnum omnibus CHISIVM anteponit, qui thesaurum gloriæ immensum auxit, regalibus donis repudiatis. Nam illorum animi magnitudinem demirati missis legationibus, vt æquales, hunc Reges, vt maiorem delato Pontificatus culmine coluerunt.



Integritas Principis.

QVæ priuatus abstinentiæ suæ, ac suorum documenta dederat, eá Princeps, lege sancita de muneribus, humano generi disciplinam fecit. Lege alterá pecuniarios prouentus aboleuit, qui morte hominum, tanquàm legitimæ hæreditates, ijs quos Pontifex chariores habuerat, obueniebant. Ita biennio Imperij Reipublicæ, quantum alij multis seculis profuit, occasione præcisa in posterum per detrimenta publica ditescendi; & patente iam ad honores via, non diuitijs, aut muneribus, sed virtutibus, & doctrinis.

Beneficentia Priuata.

SOlemne illud in ore suo factis expressit, nihil petere, nihil recusare. Semel tamen petijt ius Senensis patronatus ad Romanam Curiam deuoluti, vt familiæ nobili, nec abundanti, vndè exciderat, restitueretur. Duplex in vno beneficium. Cum quod alteri conferret, ipse deberet. At non semel recusauit Principum dona, & oblatos ab Innocentio X. census liberales. Geminata rursus virtutis gloria: cum se suosque fraudaret,

daret, vt alij potirentur, quos tamquam digniores commendabat, muneri addens apud Pontificem laudes suas, appendicem munere pretiosiorem.

Beneficentia Principis.

DVm fame, pestilentia, bello mortalium scelera vlciscitur Deus, in ira sua misericordiæ recordatus, Leonem, & Gregorium Magnos, Nicolaum V. & Pium nobis in ALEXANDRO restituit, qui paterna cura, consilijs, ærario recluso, collata opera Præsulum, Purpuratorum, Propinquorum Procerum, Romam sustinuit præcipitantem, & ad ipsas functorum animas per institutas quotidie preces indulgentia Pontificia transmissa, fatalem calamitatem vertit in gloriam. Eodem tempore Heluetiæ Catholicæ ab Hæreticis oppugnatæ, periclitanti Poloniæ, laborantibus Venetis auxiliatricem dexteram, & sequestram pacificandis per Legatos Regibus porrigens: in Hæresim auertens seditiones, & bella, in Turcam nauales clades, & exitium. Ita vt biennio imperij vix transacto, præsentem ALEXANDRI VII. opem fideles omnes Christiani orbis populi senserint, horrere incipiant perfidi, atque hostes felicitatem.

Beneficentia in Societatem.

PVblicis beneficijs priuata liceat adiungere; ſi priuata dicenda ſunt, in Societatis collata populum vbiq; terrarum mortalium generi famulantem. Dum Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ gratiam nobis reconciliat, & literarum teſtimonio perhonorifico exornat factum tam præclarum, per quod non in vnam, aut alteram Ciuitatem, ſed in ampliſſimas prouincias, deprecatore tanto, reuocati ALEXANDRVM VII. adoramus nouum ſodalitatis noſtræ Fundatorem, & Patrem. Cui magnitudo cum obſtet ſua, quo minùs par gratiarum genus referamus, Vnum quo ne Deo quidem maius præſtare poſſumus, exhibemus, gratiſſimæ perpetuitatem memoriæ, ſedulitatem voluntatis.



Iu-

Iustitia.

MIraculo est, cum benignitatis melle, Iustitiæ aculeos conuenire. In inferiore Germania non dubitauit contra rem suam, & priuatas rationes pro æquitate decernere. Tantùm auctoritatis indeptus hoc facto, vt postea in Principes viros nonnulla seueriter statuentem eæ gentes admiratione, & plausu sint prosecutæ. In principatu hominibus pacem, vitijs bellum indixit. Et quamuis medentium more, lenientibus plurimùm, ac præcauentibus vtatur. asperis interdum, ac ferro vtus est teterrimos mortalium, inter flagella peccantes. Optimum factum! qui ALEXANDRI Sanctitatem non amant, seueritatem reformident.

Magnanimitas.

OLympi altitudo nubes, Alexandri mẽs mortalia transgreditur, somnia vocans, & vmbras, opum, & honorum fluxa, quæ magna ijs videntur, qui magni non sunt. In Germania, profugos Principes officijs suis coluit, & solatus est, magnarum offensionũ, quæ imminere videbantur, dummodo mo-

te

Musæ Seueriores.

DVm Grammaticam pueri, Augustini æmulus Aristotelis organum euoluit. Adolescens coluit, quasi recoleret Platonica reminiscentia disciplinas. Tergemina laurea decorandus naturalis doctrinæ, ciuilis, & diuinæ publicas theses doctore nullo propugnauit. Mathematicas quoque, ethicen, politicen, linguarum peritiam, artium complexionem, virtutum choro sociauit. O sæculi felicitatem! Probitatis, & doctrinæ súmum, summum adoramus imperio. Suffragatio Mortalium, Naturæ, ac Numinis voce consensit: Sapiens gubernacula possidebit.

Mulæ Humaniores.

PHilomathi qualis vita, talis poesis munditijs decentissimis nitet: vena leporum, sed illimis, magistra morum, sed suauis, res duas haud facilè sociabiles vna coniungit, pulchritudinem, & sanctitatem. Nam prosæ eloquentiæ decus, vetusti candoris in epistolis elucet latio sermone conscriptis. Quamquam elegantia non minori linguam poliuit, quàm stylum. Vnde illa ex temporalis copia orationis, & grauitas,

quæ

quæ in Germaniæ Conuentibus dominata, rerum nunc potitum, vt Augustum quondã, in Senatu Purpuratorum verba facientem honestat. Quis verò credat plenum sapientia pectus omnium gentium historiæ vacauisse? Quin, & adolescens historiam scripsit exarato de familiæ suæ rebus commentario; Iulio Cæsari studio par, modestia maior. Neq; enim sua, sed maiorum gesta laudauit. Maluit postea facere præclara, quàm scribere, nostræ ætatis historijs argumentum futurus, & ornamentum.

ALEXANDRI

SEPTIMI:

Pontificis O.M. Statua.

Parthenope miserãda decẽ funesta Kalendis,
Quadringenta hominum millia rapta doles,
Strata Cadaueribus non cepit terra sepultos:
Strata Cadaueribus terra sepulta fuit.
Roma lues eadem Tibi? Non nego; sed tamen ægra
Curia Roma Tibi CHISIA, *Cura fuit.*
Seruat ALEXANDER *Romam, Romaque cadentis*
Stat quadringentis millibus empta salus:

Quàm

APODOSIS.

IN cryſtallino ſpeculorum Labyrintho, effigiem vnam plurimis imaginibus multiplicante, adumbratam ALEXANDRI virtutem vides, quę vna, & multiplex in varijs honeſtatum formis auguſtior emicat. Simillimum Deo, Mundoque ſpectaculum. Quantùm pulcherrimorum operum Mundus oſtentat? Quàm immenſi rerum pretioſarum theſauri lucent in Deo? At vnus Deus, vnus mundus, & vna eſt virtus.

Prudentia Priuata.

FOrtunam ſtulti Deam, Prudentiam ſapientes adorant, artificem Felicitatis. Hac Ferrariæ Prolegatus peſtem depulit, bellum auertit. Hác Melitæ diſcordes inter ſe Equites compoſuit non ſemel, & Pontificio diplomate promulgato in electionem ſupremi Sacræ Militiæ Præfecti conciliauit. In inferiore Germania Treuirenſis Eccleſiæ turbas tranquillauit: Romæ inter Aulæ tur-

bines

bines inconcussus. In Comitijs cum ad factiones non accederet, ad eum factiones accesserunt; sexaginta quatuor Purpuratorum Senatus, Quorum octo & viginti ætate, quinquaginta antiquitate honoris anteibant.

Prudentia Principis.

MAgneticus lapis nauium rector per nostra maria in Indico Oceano, subducto sideris familiaris aspectu, errat incertus. ALEXADRI prudentia quocunque sub polo inter opposita Principum astra, cursum certissimum tenet. Hinc æmuli Reges, non armis inter se magis, quàm in communem Parentem obsequijs certant. Alter eo suadente, prænobiles aliquot Ecclesiæ Principes in antiquum regalis beneuolentiæ locum reponit: alter in suis Regnis errorum pullulantium fibras excindi iubet. Eo hortante, iuuanteque Leo Venetus in Turcam post decennale bellum acrior insurgit. Sic suauiter, ac fortiter humana temperat ALEXANDRI Sapientia, sacra salutis anchora Europæ fluctuanti.



Religio Priuata.

DVm crepundia, & ludos ætatis negotia æquales tractant, ipse pios libellos lectitans, Catonem senem, sed Christianum repræsentabat puer. Adultum sapientia, & ætate, ad Romanæ Ecclesiæ obsequia pietas adduxit non ambitio; nequè Rempublicam sibi, sed se Reipublicæ dicauit. Prima Romæ cura, Professæ Societatis in templo, sodalitio B. V. dato nomine, animum mancipare: Mox in magistratibus, & muneribus, paria cum Cœlo primùm, deindè cum genere humano facere, ipsis interdum stipendijs templorum cultui consecratis. Et miramur oraculum gentium Seruatoris impletum? Vt qui ante omnia honores quæsierat diuinos, ad solium Diuinitati proximum extulerit honores suos!

Religio Principis.

PRinceps Sacrorum Religionem intendit, sui iam muneris factam intelligens procurationem Sanctitatis humanæ. Statim expiatricibus criminum literis adita Regna, euocatæ ab errorum nocte, ad adorandum Vaticani solem, triumphantium more Re-

ginæ,

ginæ, commotæ regiæ pietatis ardore Septentrionis niues, nutantes Rhetorum alpes auro, & consilijs firmatæ. Vetustissima Vrbis templa à suis olim exornata maioribus, nitore miro, & elegantia restituta: Vt à capite in membra descenderet, Romæ diligentior templorum cultus indictus lege, sancitus exemplo Pontificiæ pompæ per modestiam, & ministeria decora procerum renouatæ: Eminente Maiestate Pontificis ALEXANDRI; & cuius Numinis vicem gerit, fidem nutu, oculis, vultu præferente.

Integritas Priuata.

NE sua continentiæ miracula Græcia iactet, prædicantibus Epaminondam Thebis, Athenis Phocionem. Qui victores Asiæ, atque Europæ Reges, ipsorum dona spernendo, vicerunt. Romana Ecclesia vnum omnibus CHISIVM anteponit, qui thesaurum gloriæ immensum auxit, regalibus donis repudiatis. Nam illorum animi magnitudinem demirati missis legationibus, vt æquales, hunc Reges, vt maiorem delato Pontificatus culmine coluerunt.



Integritas Principis.

QVæ priuatus abſtinentiæ ſuæ, ac ſuorum documenta dederat, ea Princeps, lege ſancita de muneribus, humano generi diſciplinam fecit. Lege altera pecuniarios prouentus aboleuit, qui morte hominum, tanquàm legitimæ hæreditates, ijs quos Pontifex chariores habuerat, obueniebant. Ita biennio Imperij Reipublicæ, quantum alij multis ſeculis profuit, occaſione præciſa in poſterum per detrimenta publica diteſcendi; & patente iam ad honores via, non diuitijs, aut muneribus, ſed virtutibus, & doctrinis.

Beneficentia Priuata.

SOlemne illud in ore ſuo factis expreſſit, nihil petere, nihil recuſare. Semel tamen petijt ius Senenſis patronatus ad Romanam Curiam deuoluti, vt familiæ nobili, nec abundanti, vndè exciderat, reſtitueretur. Duplex in vno beneficium. Cum quod alteri conferret, ipſe deberet. At non ſemel recuſauit Principum dona, & oblatos ab Innocentio X. cenſus liberales. Geminata rurſus virtutis gloria: cum ſe ſuoſque fraudaret,

daret, vt alij potirentur, quos tamquam digniores commendabat, muneri addens apud Pontificem laudes suas, appendicem munere pretiosiorem.

Beneficentia Principis.

DVm fame, pestilentia, bello mortalium scelera vlciscitur Deus, in ira sua misericordiæ recordatus, Leonem, & Gregorium Magnos, Nicolaum V & Pium nobis in ALEXANDRO restituit. qui paterna cura, consilijs, ærario recluso, collata opera Præsulum, Purpuratorum, Propinquorum Procerum, Romam sustinuit præcipitantem, & ad ipsas functorum animas per instititutas quotidie preces indulgentia Pontificia transmissa, fatalem calamitatem vertit in gloriam. Eodem tempore Heluetiæ Catholicæ ab Hæreticis oppugnatæ, periclitanti Poloniæ, laborantibus Venetis auxiliatricem dexteram, & sequestram pacificandis per Legatos Regibus porrigens: in Hæresim auertens seditiones, & bella, in Turcam nauales clades, & exitium. Ita vt biennio imperij vix transacto, præsentem ALEXANDRI VII. opem fideles omnes Christiani orbis populi senserint, horrere incipiant perfidi, atque hostes felicitatem.

Be-

Beneficentia in Societatem.

PVblicis beneficijs priuata liceat adiungere; si priuata dicenda sunt, in Societatis collata populum vbiq; terrarum mortalium generi famulantem. Dum Serenissimæ Reipublicæ Venetæ gratiam nobis reconciliat, & literarum testimonio perhonorifico exornat factum tam præclarum, per quod non in vnam, aut alteram Ciuitatem, sed in amplissimas prouincias, deprecatore tanto, reuocati ALEXANDRVM VII. adoramus nouum sodalitatis nostræ Fundatorem, & Patrem. Cui magnitudo cum obstet sua, quo minùs par gratiarum genus referamus, Vnum quo ne Deo quidem maius præstare possumus, exhibemus, gratissimæ perpetuitatem memoriæ, sedulitatem voluntatis.



Iu-

Iustitia.

MIraculo est, cum benignitatis melle, Iustitiæ aculeos conuenire. In inferiore Germania non dubitauit contra rem suam, & priuatas rationes pro æquitate decernere. Tantùm auctoritatis indeptus hoc facto, vt postea in Principes viros nonnulla feueriter statuentem eæ gentes admiratione, & plausu sint prosecutæ. In principatu hominibus pacem, vitijs bellum indixit. Et quamuis medentium more, lenientibus plurimùm, ac præcauentibus vtatur. asperis interdum, ac ferro vltus est teterrimos mortalium, inter flagella peccantes. Optimum factum! qui ALEXANDRI Sanctitatem non amant, feueritatem reformident.

Magnanimitas.

OLympi altitudo nubes, Alexandri mēs mortalia transgreditur, somnia vocans, & vmbras, opum, & honorum fluxa, quæ magna ijs videntur, qui magni non sunt. In Germania, profugos Principes officijs suis coluit, & solatus est, magnarum offensionū, quæ imminere videbantur, dummodo mo-

te

re ſuo, hoc eſt honeſtiſſimè ageret, aut oblitus, aut negligens. In Monaſterienſi Conuentu contrà Regum Pacem, vt Religioni minùs decoram, auſus eſt conteſtari. Et Reges libertatem reuerentes, probitatem dilexerunt. In Aula Romana, cum neque potentibus blandiretur, neque humiles faſtidiret, horum beneuolentiam, illorum venerationem meruit. Et omnibus quoad potuit commodando, quos beneficio non potuit, amore demerendo, ac voluntate: rariſſimum in Aula eſt aſſecutus, vt cum floreret gratia, inuidiam effugeret, plenam ab Innocentij pectore admirationis vocem eliciens. Hunccine hominem, humanorum affectuum, aut immunem, aut victorem!

Tolerantia.


PArum erat heroicæ virtuti magna facere, niſi magna pateretur. In Germania ſolitus ieiunia precibus, aliaque voluntaria ſupplicia miſcere, indulgente pœnis Numine, ob lithiaſin per intolerandos cruciatus diſcerptus eſt: eminente adeò carnificinæ animo, vt epiſtolæ ad amicum vincto ſermone dictandæ ſufficeret; Angelico Doctori ſimilis inter ignis morſus profundè meditanti. quamuis Aquinas ambuſtus non doluit, contemplatione ſenſu obſtupefacto,

CHI-

CHISIVS cum laniaretur, dolorem sensit, & lusit. Romam deinde reuocatum ad initia summæ fortunæ domesticum vulnus afflixit, nescio, an prioribus cunctis acerbius? morte dulcissimi fratris, ob animorum consensionem & virtutum, sibi, & omnibus desiderandi: hoc agente iam Numinis prouidentia, vt ALEXANDRVM similem Dei filio, viro dolorum, Pontificem per omnia probatum haberemus.

Otia Principis literæ.

SOlis cælestibus vel corporibus, vel animis est datum, vt hos præ agitatione mentis assidua tædium & lassitudo non intret, illis nulla inferatur labes vertigine æterna Cœli, & errore Stellarum. ALEXANDER deposita curarum Pontificalium mole, literas, aut miserorum subsidia tractat. Ita, qui aliis acerrimus esse labor solet, illi est remissio laboris, & quies. Si ad regimen terrarum descenderetis, o Superi, quàm aliam vitam ageretis?



Musa

Musæ Seueriores.

DVm Grammaticam pueri, Augustini æmulus Aristotelis organum euoluit. Adolescens coluit, quasi recoleret Platonica reminiscentia disciplinas. Tergemina laurea decorandus naturalis doctrinæ, ciuilis, & diuinæ publicas theses doctore nullo propugnauit. Mathematicas quoque, ethicen, politicen, linguarum peritiam, artium complexionem, virtutum choro sociauit. O sæculi felicitatem! Probitatis, & doctrinæ summum, summum adoramus imperio. Suffragatio Mortalium, Naturæ, ac Numinis voce consensit: Sapiens gubernacula possidebit.

Musæ Humaniores.

PHilomathi qualis vita, talis poesis munditijs decentissimis nitet: vena leporum, sed illimis, magistra morum, sed suauis, res duas haud facilè sociabiles vna coniungit, pulchritudinem, & sanctitatem. Nam prosæ eloquentiæ decus, vetusti candoris in epistolis elucet latio sermone conscriptis. Quamquam elegantia non minori linguam poliuit, quàm stylum. Vnde illa ex temporalis copia orationis, & grauitas,

quæ

quæ in Germaniæ Conuentibus dominata, rerum nunc potitum, vt Augustum quondã, in Senatu Purpuratorum verba facientem honestat. Quis verò credat plenum sapientia pectus omnium gentium historiæ vacauisse? Quin, & adolescens historiam scripsit exarato de familiæ suæ rebus commentario; Iulio Cæsari studio par, modestia maior. Neq; enim sua, sed maiorum gesta laudauit. Maluit postea facere præclara, quàm scribere, nostræ ætatis historijs argumentum futurus, & ornamentum.

ALEXANDRI

SEPTIMI:

Pontificis O.M. Statua.

Parthenope miserãda decẽ funesta Kalendis,
Quadringenta hominum millia rapta doles,
Strata Cadaueribus non cepit terra sepultos:
Strata Cadaueribus terra sepulta fuit.
Roma lues eadem Tibi? Non nego; sed tamen agra
Curia Roma Tibi C H I S I A, *Cura fuit.*
Seruat ALEXANDER *Romam, Romaque cadentis*
Stat quadringentis millibus empta salus.

Quam pones FABIO Statuam? Te ponere debes.
Munere ALEXANDRI Roma stat: haec Statua est.

Annona Alexandrina.


ROma vides aliò migrare per aequora messes.
Teque fame obscaena, Roma, perire vides.
Inde lues oritur: Moritur sine nomine vulgus,
Regnat in Vrbe fames; regnat in Vrbe lues.
Fiscus ALEXANDRI migrauit in horrea, inundat
Immmensa Cereris copia? Fiscus eget.
Princeps esuriat Romanus, vt Orbis abundet
Principis esurie publica res alitur.



ALE-

ALEXANDER
SEPTIMVS
Venetis Alexander.

THracia Luna suis ne cornibus impleat Orbem:
Occupet, & Veneta Tethyos Imperia:
Armat ALEXANDER *Terraq; Mariq; cohortes:*
Et Venetos ratibus, Militibusque iuuat.
Grande hoc auxilium. Auxilium sed grandius aurum.
Aurea ALEXANDRI *Fulmina, Luna, tremas.*
Fulminat ille auro. Turcarum in vulnera ferrum
Auro acuit, sine quo ferri acies hebes est.
Vsum auri nouit, ferrum qui temperat auro.
Regnatrix mundi miscet vtrumque manus.
Quid ferro, atque auro non vincitur? omnia vincet
Tethys, ALEXANDRI *dextera vtrumq; dedit.*



AD
ALEXANDRVM
SEPTIMVM

Pro restituta ipsius opera in ditionem Venetam Societate Iesu.

Gratia flexanimo cum pectora corripit æstu,
Quæ latuere patent, quæ doluere iuuant.
Scribis ALEXANDER: *Sed Epistola Numine fœta,*
Allicit Adriacos ad Tua vota Patres.
Quot fouet illa notas, animis tot gratia sensus
Imprimit, vt placeat quod renuere prius.
Non geris ad speciem, munusq; vicesque Tonantis,
Gratia dum vocis perficit orsa Tua.



THAVMATVRGIAE

PARS TERTIA.

HORTI.

AB ambulatione duplex hoſtium aperitur in Hortos, à tribus lateribus porticu concluſos. Præter aliquot medicas malos, aliæ quoque ibi conſitæ ferè omnes peregrinæ plantæ, frutices, herbæ in vſum officinæ medicamentariæ; quæ à fronte, hoc eſt à parte intrantibus aduerſa, viridarium terminat. Quaſi religioſis in domibus amœnitas ipſa eſſe debeat ſalutaris. Quadratæ ſtirpium areolæ multiformes puluinos complexæ, attonſa, & manu retenta myrto ſæpiuntur; non ſine paſſim ſurgentibus auiculis, atque arbuſculis opere topiario conformatis. In latere, quod ingreſſui ſiniſtrum eſt, fons medius ruſticam præſefert ſcenographiam. Hinc, atque hinc eriguntur pilæ interſectis quadris incruſtatæ è ſcrupea materie, ac veluti ſpuma in lapidem concreta, Tyburtinis ex aquis gelidiſſimis orta. Incumbunt eis Ionici generis epiſtylia cum ſuis vtrinque volutis, medioque cymatio, ac pendente ſubter encarpo. Superior eſt co-

ronæ proiectura; cui fastigium imminet non angulosum, sed leniter incuruatum. In eius tympano inter duas pensiles fascias insculptum cernitur, & colitur marmoreo clypeo Sanctissimum Iesu nomen. Decebat enim in Horto concluso, religiosis nempè claustris, fontem esse signatum, eo signo quod Cœlum, Terra, Inferi reuerentur. Vt huic duplici symbolo posset etiam Sponsa, & Ancilla Iesu Societas comparari. Propiùs fontem circumducitur foliorum sese implicantium sertum versicolor, opere vermiculato. Aquæ verò caput effundit sese, atque expandit ad veli modum; è concamerato vertice scrupofæ apsidis, in subiectum delabens craterem tophaceum, varijs herbis aquaticis conuestitum. Ex eo defluit humor perenni stillicidio in alium similem, sed ampliorem craterem. Vndè postremò imbris instar depluit bullantibus guttis in aquam labri, seù fontalis conchæ; quæ ad superficiem plena, quicquid superfluit, occultis tubis aliò refundit. Huic fonti, qui consuetus est, & quotidianus, alij magis ingeniosi, atque admirabiles associandi fuere tam festo die. Et quandò non licuit omnia quæ per Orbem terræ celebrantur, aquarum miracula breui temporis, ac loci spatio repræsentare; aliqua saltem adumbrare conata est Ars æmulatione naturæ. Quæ per hortenses porticus distributa cum elogijs, &

carmi-

carminibus indè natis erant exposita:

ADMIRANDVM XXIX.

Onus Atlantis leuius.

MIseratus est Artifex incuruati non tàm annorum, quàm Cœli pondere senis in eo ferendo vix ferendum laborem, Hercule nequaquàm succollante. Meminerat verò Plinianæ, & communis Philosophię: Onera in aqua faciliùs moueri, ac proinde leuiora esse. Quapropter humorem per occultos tubulos, ità immisit, vt eius vi suprà gestantis humeros machina cœlestis, iugi conuersione volueretur. Quis non diceret cum Philosophis, hoc etiam Cœlum ab intelligentia moueri: quando huiusmodi motus sagacis intelligentiæ opus fuit?

Plin. l. 2. c. 103.



APODOSIS.

HOſpes in globulo aquis artificioſè labentibus circumacto, intuere bellicis obnoxium tempeſtatibus Mundum. In Atlante ſubiecto Romanum Pontificem ALEXANDRVM Septimum intellige. Et veritatem ex fabula meditare. Is regendum Orbem accepit: proh qualibus, quantiſq; procellis exagitatum! Quem tamen, vel nutantem ab aduerſis, labi non ſinet, ſua primùm virtute ſuppoſita, mox etiam adſcito in partem laboris Purpurato Nepote.

Fin

Firmum regimen
ALEXANDRI
SEPTIMI
P. O. M.

VNda salit, sphæramque rotat: maioris imago
Orbis, ab assiduo vertitur imbre globus.
Desuper exundat placidè crystallinus humor,
Cœlique in gyrum ducit euntis iter.
Ast humeris subiectus Atlas, versatile pondus
Sustinet, atherei baiulus Orbis Atlas.
Alta Gigantæo subnixa est machina dorso:
Nec subitos lapsus irrequieta timet.
Artis opus, motusque nouos mirare viator,
Et globuli raptus, & leue murmur aquæ.
Hæc spectans, aliò attonitos age dirige sensus;
Nempè sub hoc ludo seria multa vides.
Maiorem angusta Mundum sub mole tueris,
Et sparsas toto quattuor Orbe plagas;
Solis ad Eoi cunas, ad littus Iberum,
Ad Boreæ glacies oppositosque Notos.
Omnibus, heu! stygio de littore flammeus imber,

Labitur, & populis non nisi bella mouet.
Vndiq; sulphureos discordia ventilat angues;
Lethalemque cient atra venena luem.
Aduersæ pugnant alternis motibus Vrbes;
Lethifer Ætnæo cuditur igne chalybs.
Fallor? an emoto lapsurum cardine Cælum
Creditur? an stabilis iam sibi nutat humus?
Vrnam feralem pleno resupinet Auerno.
Tartarus, obsideat flamma, vel vnda solum;
Non tellus, non aura loco, non cedet olympus;
Machina nec Mundi cedere firma potest.
Regnat ALEXANDER *ter maximus: Ille labantem*
Maior Atlante Orbem, maior & orbe regit.
Vertere terrarum molem, si nititur vni
Mundus ALEXANDRO, *nulla ruina potest.*
Regnantisque Nepos Patrui noua gloria, FLAVI,
In partem tantæ Tu quoque laudis ades.
O flos Chisiadum Atlanti comes addite magno,
Sub Mundi Alcides pondere magnus eris.
Credite, non Orbi nubes non vnda nocebit,
Dum toto niteat CHISIVS *axe dies.*



Fons

Fons Orbi pretiosus.

*F*Lumina præcipites innoxia luditis undæ,
Et circum artifici ducitur amne rota.
Non sunt Aeoliis de tempestatibus imbres,
Nec vehit aduersos sæua procella Notos.
Vena ab ALEXANDRI *imperio felicior exit*
Ductaq; Chisiadum è Montibus ambit humum.
Regnatrix Cœlum dum CHISIA *Stella serenet*
Auguror: hinc populis aureus imber erit.

Fons Orbis moderator.

*E*Xcute pondus Atlas, ceruicem subtrahe Mundo:
Machina nam dorso non eget ista tuo.
Artifici qui fonte latex illabitur orbi,
Et mouet alterno verbere molis iter.
Ille potest lapsum, & subitam prohibere ruinā,
Spiritus vrget aquā, sed regit vnda globum.
Principe ALEXANDRO, *Mundum firmatque, mouetque.*
Dum fluit aurifero CHISIA *fonte Charis.*

ADMIRANDVM XXX.

Fons idem, & alius.

ATtonita ſpectauit Roma, & Italia ſuperioribus annis mirabilem ſui corporis Thaumaturgum: Qui coram obſtupeſcente frequentia pro ſingulorum votis, ac poſtulatis varios liquores effundebat ex ore. Nunc odoratas aquas: Siue quis vellet roſaceam, ſiue citrinam, ſiuè iaſminos, vel aurei pomi flores olentem, ſiuè quam ab Angelis ob excellentiam denominant. Nunc etiam vina, & quidem à regionibus nobiliora, Creticum, Gallicum, Corſicum, Syracuſium, Neapolitanum, Florentinum, Albanum, & ſimilia. Quinimmò ſi rogaſſes, acetum expromebat, oleum, lac, & ardentem aquam, & oleum ardens. Quæ duo linteolis excepta, ſi admoueretur ignis, ſtatim exardeſcebant in flammas, ijs illæſis. Hoc mirificum ſanè ſpectaculum in mathematico ingenio vim æmulationis excitauit. Fons itaq, fabrefactus hoc artificio, vt ex eodem ore ad exigentis arbitrium modò aquam effundat, modò vinum, modò acetum, modò lac, aut alium quemuis cuiuſuis generis,

& co-

& coloris liquorem. Si creandus Rex fontium esset: Hic omnibus suffragijs eligi mereretur, qui votis omnium respondet.

APODOSIS.

FLAVII S. R. E. Card. CHISII ALEXANDRI VII. Pont. Max. ex Fratre Nepotis imaginem damus; fontis omniflui schema, qui vnus cum sit, varios subinde liquores poscenti suppeditat. Nam purpuratum Principem, Maximo patruo, sic mentis, vt sanguine proximum magnanimitate, ac munificentia, omnibus omnia fieri Roma videt, & fore pariter sperat Orbis terrarum.



FLAVIVS

CARD. CHISIVS

Omnibus omnia.

DÆdala subiecti spectacula dicere fontis,
Et vidisse nouum iuuerit artis opus:
Altior humana surgit sub imagine vultus,
Cui riui species lata cadentis inest.
Paruus ab Artifici prodit siphunculus ore
Vnus; at existit plurimus inde liquor.
Quemcunq; exoptas, hinc ibit protinus humor,
Et varia ex modico pocula Fonte bibes.
Seù mauis gelidas in terrã excurrere lymphas;
Seù cadere in pluuiam Massica vina iubes;
Seù pinguem illabi rorem pallentis oliui,
Seù teretem dulci lacte madere tubum.
Omnibus hæc moles, genus omne liquaminis offert,
Et par est votis omnibus vna satis.
Proles Chisiadum *fortunatissima, FLAVI,*
Hoc animi speculum credimus esse tui.
Maximus Ausonio *Te Patruus induit ostro,*
Vt de Te mundo reddere cuncta queas.
Cum vitta ostrifri Romanum insigne Senatus,
Accessit *capiti digna corona tuo,*
Qualis honos, quantumque decus tibi contigit (vni!

Ad-

Addita purpureo gloria quanta choro est!
Maiestas placidam commendat regia frontem,
Et grauis augusto ridet in ore lepos.
Gratia quæ vultum, quæ mores gratia format,
Humanos animos nobilis esca rapit.
Vndiq; nunc ergo obsequijs assuesce precantum,
Atq; hominum votis Te quoq; finge parem.
Indolis ô magnæ caput, & virtutis auitæ;
Omnigenæ sophies fertile pectus habes.
Christiadum populis, & sacro sufficit orbi
Plurima consilij, quæ Tibi vena fluit.
Aureus è labris in terram decidit imber;
Subditaq; Herculeo pectora more petit.
Lactis eunt latices, & mellis in ore liquantur
Flumina; Tot Charitum pignora solus habes.
Tales nempè domus progignit Chisia partus,
Tot claro Heroum sanguine plena domus.
Sole ab ALEXANDRO lucere parelia gaudes;
Omnia quæ fundes, lumina, solis erunt.



Diuinæ Prouidentiæ donum omniferum.

QVanium orbi Heroem, Latio qui murice fulget,
Magnum Chisiadem dia Pronœa dedit;
Obtulit infanti nutrix augusta papillas,
Et seruo Imperijs hoc ego pignus, ait.
Dum percurrit adhuc iuueniles FLAVIVS *annos,*
Quæ fore prædixit nuncia, facta reor.
Tractat cum Patruo sacri moderamina regni;
Omniferumq; potest omnibus esse caput.

Romæ spes altera.

CHISIA subiectam recreauit purpura Romam,
Indè alias Tyberis currere iussit aquas.
Lacte, ac melle madet, ceù quondam fluxit Idume,
Et pretium auriferi nobile Gangis habet.
Aurea Romuleis dum sidera Montibus adsint
Par erit Vrbs Cœlo, par Tybris Oceano.
Poscite Mortales, nec votis terminus esto;
Limite si nullo gratia vbique fluit.

ADMIRANDVM XXXI.

Isis Mammosa.

FOntium aliquos lacte scatere, non solùm antiquior tradit memoria, Sed recentior quoque comprobat experientia. Illa Dascyli fontem refert propè Cardiam in campis Albis, haustu lacte suauiorem. Hæc fontes Aponi designat in Agro Patauino lacteam aquam fundentes; & propiores Romæ Albulas Tyburtinas; aliosq; in Germania fontes. Hos imitatur fonticulus effigiem referens Isidis multis mammis instructam. Qualis effiicta fuit in Hadriani Cæsaris nũmo, & in statua Leone Decimo Pontifice, reperta. Quid verò è mammis effluat, nisi lac? Si quis igitur in ara simulacro adiecta duas accendat candelas; videbit paulò post admirabundus, lac papillis emanare. Quòd si quispiam ignarus, quam calor in aërem vim habeat; Miraculum Idoli cultui tribueret: is non tam auctorem accusaret impietatis, quàm se ignorantiæ.

Pausan. lib. 4 in Messen. Andreas Bute. de Th. oricis l. 1. c. 12. 14. Gregor. Giral de Dijs Gẽtil. Sintagma. 12 Vincentius Car. tar. de Imag. Deorum



APO.

'A PODOSIS.

Miraris quòd fœcundissima sicci-tatis Parens tantam pariat hu-moris copiam? Desine mirari cœlestis flamma est, quæ venas aperit gratia-rum vbertati; Quò certe acriùs ardet, eò copiosior exuberat inde magnifi-centia. Aspice duo Virginum Cœno-bia Senis extructa AVRELII CHISII liberalitate profusissima, alterum nobi-litatis perfugium, alterum fortunæ tè-nuioris, πολόμαστον, enimuerò ibi charita-tem admiraberis, è cuius vberibus ex-pressa diuini ignis ardore vitalia pro-fluunt munera; quibus ad eximia pie-tatis decora Senenses Virgines aluntur, Vitamque Chisiam viuunt, dum soli Deo viuunt.



AV-

AVRELII, ET AVGVSTINI CHISII.

Pia liberalitas.

AGnosco flammam Chisiam, mixtos Deo
Aestus beatos veneror; E solis face
Non hos tulerunt ausa sacrilega manus,
Tonantis almo è pectore hos ardens amor
Adduxit ignes, numine vt pleno ardeat,
Cœlique flammam Charitas terris ciat.
Proh quantus inde Chisiæ Gentis sinum
Adurit ardor! feruida expressum face
Caleste nectar aspice: En quali impetu
Liquefacta flāmis corda quot mãmis fluūt?
Senensis vrbis gloria, Heroum ferax
Vndis abundè CHISIIS Lactis Tibi
Vitale munus funditur, Alumnis tuis;
Hos Chisiorum charitas fontes parat.
Distenta vitæ nectare, exuge vbera
Ope destituta Virginum duplex cohors,
Quà Chisius amor diuite erectum manu
Duplex Asylum patrio expandit solo;
Illic perennis copia exundat tuis
Profusa votis: siuè præcelsa trahas
E stirpe virgo nobilis clarum genus,
Seù generis vmbras inter obscurum geras
Plebeia nomen, semper illustrem tamen
Virtutis hauris CHISIO è dono diem

Senensis illic indolis candens nitor
Cælo refulget gratior: qualis decet
Deuota Cælo *pectora, & fixas* Deo
Mentes, amoris nexibus Virtus micat.
Pietatis illic CHISIO *effusum sinu*
Lac Virginalis gratiæ nutrit decus,
Et gratiores semper ad formas agit.
Illic voluptas ætheris, diui lepor
Amoris illic spargitur; risus libens
Illic beatos explicat Charitum chorus.
Sic Virginales flosculi spirant Deum,
Dum charitatis CHISIÆ *fontes olent.*

Epigramma.

V*Bera multiplici lactis quæ fōte perēnant,*
CHISIA *sūt, Vitæ munera fundit amor.*
Hinc sibi Virginitas *gemino trahit agmine ne-*
(ctar,
CHISIA cui pietas pandit amica sinum.
Sugite Virgines vitalia munera catus;
Quàm benè virtutem CHISIVS *humor alit!*

Epigramma.

F*Lammam flamma parit, non fontibus eli-*
(cit undas;
Nec faber est gelidæ flammeus æstus aquæ.
Hic tamē ignis agit, simul affluit humor ab igne,
Chi-

CHISIA *vis vndis scit sociare faces;*
Pectora nam diuus cum corripit, eliquat ignis;
Sic *vitam* CHISIO *è pectore stillat amor*

ADMIRANDVM XXXII.

Aquarum Triuium.

AQuam ascendere homines mirantur, & tamen vbi primùm oritur, plerumque sursum fertur. Emicat enim, & ebullit è terra: Quod est scaturire. Immò quædam aquarum magno impetu prosiliunt in altum: *ut* Baianæ ad quatuor cubitos, Puteolanæ ad sex. Neque solùm hę calidæ, sed etiam gelidæ, Talis Marsyæ fons in Phrygia, saxa egerens; & alius in Arabia, qui nullum non pondus impactum respuebat. Hæc ideò mira, quia rara; (cum aëre grauior aqua subesse postulet) fontana moles imitata est; quæ peristylio circumsepta, tholo tegitur, cuius apex in vitreum desinit conum. Intra eum exilit aquæ riuus, atque in se se reuoluitur. In media mole Aquila biceps rostris, atque vnguibus aquas euoluit. Vtrinque duo vitrei tubulj surgunt, per quos paulatim ascendens aqua notatas ordine in ijs horas designat. Tot sese fingi sinit in formas, quæ spontè naturæ imperium sequitur alienum.

Andreas Baccius de Thermis. l. 1. c. 43.
Plin. lib. 31. c. 2.

APODOSIS.

VAcuum naturæ odium humanæ libidinis adamat impotentia, dum multum ardenter appetit in rebus inane. At verò solida FLAVII CHISII Virtus odio constantissimo votorum inanitatem auersata, nihil in se ieiunum, nihil vacuum admittit, quia se plenam Patrui Plenitudinem imitatur: Digna proindè, vt auis Regia præsit eiusdem liberalitati, amplissima profusura munera; Nullum quippe virtuti Regnum, tam integrum est, quàm quod nullis oppletur appetentiæ seruilis inaniis.

FLAVII CHISII

Solida virtus commendatur.

QVid obstinato peruicax nisu Parens
Natura vacuum refugis, & duram prius
Violentiamperpessa Te frangis tuis

Votis

Votis reluctans, nè qua sit quamuis breuis,
Inanitas per Regna proserpat tua?
Benè est, Inane *quidquid est, planè est nihil.*
At quid quid est Natura, res est, nec potest
Non esse, & esse. Quod tamē toto impetu
Natura vitat, spontè prosequitur sui
Impos libido: Vota si mortalium
Sp*ectes inane, proh pudor! quantum subest?*
At Ch*isiæ Virtutis hæc certa est nota,*
O*disse inane. FLAVII, quantum licet,*
D*um scrutor animos, nil hians, vacuum nihil,*
Nil non Auorum moribus plenum, & graue,
Nil non decori laude confertum intuor.
Iuuenilis æstus inter vndantes vices
Stat solida recti ratio, stat voti tenax
Æqui voluntas: inde generosam indolem
Ad summa plenam Patruo virtus agit.
Hinc Te potentis Ales *Imperij* Comes
Haud indecorè signat, irato Ioui
Non fulminis ministra, sed gemino fluens
Benignitatis fonte, qui partim sacræ,
P*artim prophanæ sortis affundunt opes.*
Se*ruile pectus fulminum terror quatit.*
A*nimosa virtus gratia plusquam metu*
Adacta, quamuis arduam carpit viam,
E*t irretorto magna conatu petit.*
Tua quàm decenter Ales *angusto vitro*
Metitur hinc, & inde præcipitem fugam
Æui labentis! Quippè quem virtus replet
Inanitatis nescia, immenso breuis
Momenta vitæ æternitatis ambitu

Coërcet interclusa. Nempè est CHISIVM,
Inane pleno subdere, æterno breue.

Epigramma.

F*Vlmen ad exitium volucris Iouis vngue gerebat;*
CHISIA *vitales ore profundit aquas.*
Illa ferox clades; hæc nectar amica ministrat;
Territat hinc flumen, recreat inde latex.
Imperiosa modum regnandi addisce potestas;
Flumina non terror, munera fundat amor.

Epigramma.

Q*Vò vacuum pellat violentius exilit humor,*
Et sublime petit, ne quid inane vacet.
Cernis ALEXANDRVM fastigia summa tenentem?
Sustulit hunc vacui fortior vsque fuga.
Quisquis inane fugat, se complet Numine: Plenus
Sis Patruo Flaui, Numine plenus eris.



AD.

ADMIRANDVM XXXIII.

Chorea Musarum.

DEcantatum Siciliæ fontem Arethusam hoc fuisse ferunt ingenio. Siquis tacitus accedebat, adeò quietæ iacebant aquæ, vt in morem Stagni, non tam currere, quàm stare viderentur. Sin vocem, aut strepitum aliquem ederet; Statim ebullire, saltare, choream quodammodò plaudere, tanquàm ad sonum musicum excitatæ. Nisi veriùs hæc dicantur de alio fonte Siciliæ, quem Solinus ita describit. In Halesina regione fons aliàs quietus, & tranquillus, cum siletur; Si insonent tibiæ exultabundus ad cantum eleuatur, & quasi miretur dulcedinem vocis, vltra margines intumescit. At in Machina Musis dedicata (vt olim à Numa fons Camænarum in Aegeriæ luco) non tam aquę saliebant, quàm aquarum impulsu, saltantes Musæ chorum ducere videbantur. Quis Hippocrenem hunc fontem esse dubitet; Vbi Parnassum faciunt tot Poetæ?

Cassiod. l.8.c.22.

Solinus Polyscis c.11.

APODOSIS.

VIDES in vna machina geminum fontem; Alterum in rota Musas voluentem, alterum in vitreo tholo sublimem; vterque speculum est, & FABII reddit imaginem, qui, vt ascenderet in solem, lucis fontem & fluuium, è paruo fonte conuersus. Primis ab annis sudòre rotam conuertit Musarum omnium; & literarum. Sedit ad rotam, non Fortuna, sed B. Virgo, Sapientiæ Mater, cui FABIVS debere se fatetur ingenium, Regnum, & vitam. Hinc Virgines Fabii Musæ. Miraris has fonte circumagi, quæ sedebãt olim in Pindo? ALEXANDRO Pontifice operosa sapientia est. In Romana Curia, Mundi Corde, probauit Flauius labore sapientiam, & ascendit. Ità salit sanguis purpuratus ad caput, postquam fuit in cordis agitatione cordatus.

A B. Virgine regnatrix
ALEXANDRI
SEPTIMI
Sapientia.

IN geminum reptat, viden, vnda reciproca (fontem è
Ille vitro ludit lubricus, ille rota.
Lympha infusa tubis sublabitur: altior inde
Non micat igne Pharus, sed micat imbre Pharus.
Ingemino FABIVS pellucet fonte: rotauit
Mente puer Musas, grandior astra subit.
Altior imperio terris subit astra; Maria
Extulit in Cœlum, ceù mare vibrat aquas.
In montes mare vibrat aquas, in sidera Virgo,
Sidera parthenias ætheris Aonides.
Ante, sed ad Cœlum Fabium virtute parauit,
Et Sop*hiæ gradibus vexit ad* Imperium.
I*nfantem gremio complexa, pudore colorat*
Virgineo; hæc arsit purpura prima genis.
Po*ntificum color est candor:* Candore *pudorē*
Fœdere iucundo nexuit in Puero.
Illius in vultu descripsit publica Mundi
Gaudia: prælusit publica fronte salus.
Prosilit è cunis, vagitum, & carmina fundit;

Pie,

Pieridesque mouet lacteus eloquio.
Fusilis inde trahens, ceu fons, noua flumina [illegible] (cursum,
Doctrinæ fluuijs omnibus auctus, agit.
Lustra duo numerat, Pindumq; imponit auitis
Montibus, vt pulset sidera, mente gigas.
Multa puer didicit, docuit quia Virgo: pependit
Vel puer Auditor Virginis ore Deus.
Mente adijt Naturæ aditus, decretaq; legum,
Quæque Deum, Fidei è nube, lycea tonant.
Lex, natura, Deus, Fabij doctrina: Quid ergo?
Lex, natura, Deus non tria Serta ferant?
Non satis est triplex tam grandi laurea fronti,
Lex, Natura, Deus, ni tria Regna ferant.
Lex, Natura, Deus tria Regna tulere; quid vl- (tra?
Numinis ipsa [illegible]iplex sit diadema TRIAS.
Quæque Deũ amp[illegible]xu Puerũ Regina coronat.
Lauretana [illegible]n laurea Virgo fuit.
Illius è Templo liquidissima gaudia duxit,
Vnda auitque, pio dum mare corde bibit.
E' Mariæ reuolute mari, fer in omnia fluctus
Regna, Fabi: Ausonijs sparge fluenta iugis.
Rursus ab Ausonijs diffundere collibus: Orbe
Irriguas toto Quercus inumbret aquas.
Flexilibus lymphis Vrbes, populosque marita:
Iunge animos Regum. Regna ligantur aquis.
Belligeras extingue faces; Mundiq. labantis,
In Cœlum placido gurgite verte rotam.
Voluere in Adriacas oras: Thraciũ obrue Lunã.
Quæ fluctus agitat, fluctibus hæc pereat.

Quod

Quod tandem tibi littus erit? Cœlũ omne. quis
Alueus auratis? Alueus Orbis erit. (*vndis*

ALEXANDRI
SEPTIMI

Sapientia è Christi Sanguine, quem iugi potat in sacro.

QVæ FABII rota Fortuna? *sapientia* (*versat.*
Qua manus? in gyrũ, non manus, vnda (*rotat.*
Qua rotat vnda? Dei quã pectore CHISIVS *ha-*
Dum matutino in lumine sacrificat. (*urit,*
Arietat vnda Vrbes; totũ sed CHISIVS *Orbem,*
Sideraque & superos Numinis amne mouet.
Bella mouete Orbem; moueat dum Chisius astra,
Mobilis armorum turbine, stabit humus.

FABIVS

Puer, & poeta à B. Virgine Lauretana sanatus.

PVpule, frange Fabi, *Iuuenilibus otia musis:*
Carminibus, iaculis, lumine Phœbus *eris.*
Odry-

Odrysios iaculis, tenebrosas lumine mentes,
Iucundis Latium carminibus feries.
Pindus erit Vaticanus, Parnassus Olympus,
Sidera Pierides, Terra, Polusque lyra.
In Lauretano Tibi Laurus consita Monte est:
Hic Tibi Virgo, comas indue, Laurus erit.
Hæc non sacra Tibi; sed Tu sacraberis illi.
Dissimile hoc vnum, cætera Phœbus eris.

ADMIRANDVM XXXIV.

Cœli Motor Mobilis.

Procop. l.1. de Bell. Goth. & ex eo Guidus Panzirol. in nouis repertis titul. 22.

EAt nunc Belisarius opificio suo gloriosus: qui Romæ obsessus à Gothis, necessitate magistra molas aquarias, vel inuexit, vel instaurauit: ac miserum Tyberim damnauit ad pistrinum. An quod hosti traiectum permisisset? Pręclarius certè cum aquis hic agitur: vbi non circumagendis molestrinæ pinnis & catillo versando, mancipiorum scilicet labori, addicuntur: Sed cælestibus Orbibus conuoluendis, & Stellarum cursibus moderandis, ac temporum spatijs æquè partiendis (quod Angelorum est munus) quodammodo consecrantur. Roganti quondam Plinio: Quid esse mirabilius

Plin. lib. 31. c. 1.

bilius poteſt aquis in Cęlo ſtantibus? reſpondere iam licet; Aquæ Cœlum mouentes.

APODOSIS.

CHISIA nobilitas cæleſtis eſt, quia tota pellucida eſt, & ſine labe. Ideò fonte vides hanc exprimi, qui ne contrahat humi labem, pura labitur inter aſtra. Prodigum in noſtra commoda Cœlum eſt: Hinc è cœleſti Chiſiadū fonte non fluit vnda, ſed liberalitas. Hæc profuſo in miſeros auro, aurea ſaliit ad ſidera. De Chiſio Auguſtino vetus Elogium: dando non deficit. Quantus ALEXANDER, cui Pontificiū deficit ęrarium, & dat. Cui nam? Orbi terrarum. Apage Staſicrates adulator, ſtatuam pollicitus ALEXANDRO, quæ dextra flumen contineret. In ALEXANDRI VII. dextra mare aureum pietas incluſit. Hoc nauigat Chiſiadum Argonauis ad Deum.

CHI-

CHISIORVM

Nobilitas, & Liberalitas, in qua Heroum nauigat Argonauis.

SEctilis Armillis, Cœli globus æstuat imbre!
Ludit, & astriferos dædala lympha rogos!
Sidera ad arma: faces armate. Sit Icarus, audet
Fons qui per superas Dædalus ire plagas.
Sistite, contineat se terræ margine lympha,
Quæ Cœlum, CHISIO proflua fonte, subit.
Fons est nobilitas, quæ flumine lucis inundat.
Atque refixa suis orbibus astra rapit.
Hoc in fonte Leo, Cycnus, Lyra, Taurus, Orion.
Cunctaque collectis imbribus astra natant.
Hæret adhuc Nauis ripis cœlestibus Argo;
Nec liquidæ remos æquore lucis agit!
Heroes, terræ stellas, quia vexit, Olympo
Appulit, & stellis addita stella fuit.
E' quercu dedit hæc nautis oracula: malus,
Qua vaga pendebãt suppara, Quercus erat.
Nunc Fabij voces, cœlique oracula reddet
In Vaticanis, Quercus, adulta iugis.
Pande, Carina, sinum: te centũ nobilis Astris
Heroum genitrix impleat vna Domus.
Puppe sedens Marius freta maiestate serenet,
Atque maligna suis terreat astra oculis.
Castora vectasti: pro Castore Sigismundus
Iungatur Mario, candida stella maris.

Si

Si mare deficiat, Marius mare suggeret auri.
Mersa est hoc pelago naufraga Roma lue.
A' duplici Mario seruata, & perdita Roma est:
Obruit hic auri, sanguinis ille mari.
Perge, age: sollicita volucrem, Ratis *inclyta*, *(cursum:*
Nam grauis Heroum mole, carina volat.
Te super impendens, volat iride cincta Colūba;
Et responsa Dei, luce diserta, refert.
Bichius è Thracum laqueis tibi mille rudentes.
E laceris signis carbasa mille parat.
Ioannes factis in Templa *relatus Olympi,*
Diriget in claro te Cynosura *salo.*
Omnibus vno armis armaberis Augustino,
Omnia qui vultu fulmina Amoris habet.
Nulla tibi Medea; doli sed nescia Virtus.
Hac Erebi æterno monstra sopore ligat.
Purpura qua rutilat Flauius, *ceu nullus inar-*
Nō furto parta est purpura, sed meritis. (det.
En Fabius. Sub *mole gemis? virtutibus hic est,*
Maior hic est CHISIIS *omnibus* Imperio.
Illius in nauim curuabitur Orbis? *at* Orbis
Paruula Alexandro cymbula totus erit.
Sed tu, quam Pallas *diuina fabricat arte,*
Sola *geres* Fabium; *hic* Pallada *mente gerit.*
Pondere sub tanto glomerata superbiat vnda;
C*œli* Sirenes, *astra celeuma canant.*
Ad Mare *crystalli Nauim dum cādida defert,*
Cantibus astrorum, misceat vnda sonum.
Heroum Naui, Fabij quæ mole superbit,
Agni sede fluens hoc Mare portus erit.

Epi-

Epigramma.

ALEXANDRI

SEPTIMI.

In Miseros Liberalitas.

Creditur ex vndis super astra fluctibus Or-
Diluuio mersus succubuisse sibi. (bis
Quis super astra fluit Fabij fons extulit Orbem,
Mersum criminibus, sanguine, peste, odijs.
E Fabio fons in Cœlum quis labitur? aurum.
Pro vastis habet hos Æthera littoribus.
Quæ salit in luxum, perit vnda in vallibus; at
Desilit in miseros prodiga, in astra salit. (quæ

Epigramma.

ALEXANDRI

SEPTIMI

In nouos Cardinales Liberalitas.

Arida dum lăguet tellus, roratur ab astris.
Aurifero rorat CHISIVS *astra Tŭgo.*
Quæ latio creat in Cœlo noua sidera, & ostro

In-

Induit, hac auri roscidas imbre rigat.
Quæ rutili fontis mensura? Hinc conijce. Ter-
Exuperat lymphis, & super astra fluit. (ras
Quò surget salientis aquæ fons altior astris?
In magnum immensi Numinis Oceanum.

ADMIRANDVM XXXV.

Aquarum Æquilibrium.

AD Lilybæum Siciliæ Promontorium, fons esse dicitur, qui neque hauriendo exhauritur, neque affluendo crescit. Huic ita nato fonti similem alium elaborauit industria. Stant in eius summo cratere qui oblongo, & canaliculato insistit pedi, hinc serpens aquam infundens, hinc auis eandem ebibens; & quia pari mensura miscetur, & bibitur: nunquam superabundat crater, nunquam exinanitur. In vna sede morari diceres serpentem, & Columbam; nisi quòd neque illius prudentiæ conuenit, sua profundere; neque huius simplicitati, aliena haurire. Verùm, & ille prudens, dum non plus, quàm sit satis, elargitur: hæc simplex, quia tantùm accipit, quantum datur.

Leander Albertus in descript. Siciliæ.

APODOSIS.

VNdas ſerpentis ab ore liberaliter effuſas, occulto redditas meatu, reſorbet anguis ab aue. Opes ab AVGVSTINI CHISII liberalitate pauperibus erogatas, arcano Siderum ductu, in Nepotem felicitate refuſas celebrat.

Elegia.

CHISIORVM

Magnificentia:

FVndere inexhauſtas pretioſi fluminis vndas,
Atque inopes aurea [illegible] ote be[illegible] manus.
Regis opes, & opus [illegible] ra Regum
Æquat, di[illegible] VS vnus,
aqui[illegible]
Priua[illegible] ueris Vrbis:
[illegible] bis amor.
[illegible] na,
[illegible] manus.
[illegible] bris,
Vn-

Vndarumq; hilari murmure festus erat?
Regia spectabas conuiuia strata Leoni
Pauperum inexpletam pellere ab ore famem.
Quid magè miretur Roma? an quod pauperis vna,
An quod Pontificis, cæna superba foret?
Parce Leo*: maior de paupere, gloria mensæ est;*
Non Tibi, sed miseris deliciosa fuit.
Pascebatur inops, inopisque expleta voluptas
Pascebat CHISII *pectoris vsque famem.*
Terra feris, æther auibus, mare piscibus, vnà
Præstabant auidis ambitiosa dapes.
Vix *satis est epulis orbis, cui deficit vnda,*
Rideat vt pauper, eunctà elementa gemant.
O *Amor, ò* Cœli *risus, diuumque voluptas!*
Quantum, AVGVSTINE, *in paupere, diues eris!*
Aurea si plena sparsisti munera dextra,
O quanta, è tanto semine, messis erit!
An Superos *cæcos, an* C*ælum credis auarum?*
Auctas, *maiori fœnore, reddet opes:*
Reddet purpureos Patres, aureosque Nepotes,
Illustres Orbi Pallade, *Marte Duces.*
GVSTOS FABIOS, MARIOS, *quæ nomina!* Senis,
mæ, orbi, meritis sat pretiosa suis.
let ALEXANDRVM. plaudas mea Roma Tonanti.
ntum, in ALEXANDRI *munere, munus habes!*
a dabunt, vt tantum Heroa *figurent,*

 Illum

Pieridesque mouet lacteus eloquio.
Fusilis inde trahens, ceu fons, noua flumina ; (cursum,
Doctrinæ fluuijs omnibus auctus, agit.
Lustra duo numerat, Pindumq; imponit auitis
Montibus, vt pulset sidera, mente gigas.
Multa puer didicit, docuit quia Virgo: pependit
Vel puer Auditor Virginis ore Deus.
Mente adijt Naturæ aditus, decretaq; legum,
Quæque Deum, Fidei è nube, lycea tonant.
Lex, natura, Deus, Fabij doctrina: Quid ergo?
Lex, natura, Deus non tria Serta ferant?
Non satis est triplex tam grandi laurea fronti,
Lex, Natura, Deus, ni tria Regna ferant.
Lex, Natura, Deus tria Regna tulere; quid vl- (tra?
Numinis ipsa [illegible]iplex sit diadema TRIAS.
Quæque Deũ am[illegible] xu Puerũ Regina coronat,
Lauretana [illegible] laurea Virgo fuit.
Illius è Templo liquidissima gaudia duxit,
Vndauitque, pio dum mare corde bibit.
B. Mariæ reuolute mari, fer in omnia fluctus
Regna, Fabi: Ausonijs sparge fluenta iugis.
Rursus ab Ausonijs diffundere collibus: Orbe
Irriguas toto Quercus inumbret aquas.
Flexilibus lymphis Vrbes, populosque marita:
Iunge animos Regum. Regna ligantur aquis.
Belligeras extingue faces; Mundiq. labantis,
In Cœlum placido gurgite verte rotam.
Voluere in Adriacas oras: Thracũ obrue Lunã.
Quæ fluctus agitat, fluctibus hæc pereat.

Quod

Quod tandem tibi littus erit? Cœlũ omne, quis
Alueus auratis? Alueus Orbis erit. *(vndis*

ALEXANDRI
SEPTIMI

Sapientia è Christi Sanguine,
quem iugi potat in sacro.

Q*VÆ FABII rota Fortuna? sapientia* *(versat.*
Quæ manus? in gyrũ, non manus, vnda *(rotat.*
Quæ rotat vnda? Dei quã pectore CHISIVS *ba-*
Dum matutino in lumine sacrificat. *(urit,*
Arietat vnda Vrbes; totũ sed CHISIVS *Orbem,*
Sideraque & superos Numinis amne mouet.
Bella mouete Orbem; moueat dum Chisius astra,
Mobilis armorum turbine, stabit humus.

FABIVS

Puer, & poeta à B.Virgine Laure-
tana sanatus.

P*Vpule, frange* Fabi, *Iuuenilibus otia musis:*
Carminibus, iaculis, lumine Phœbus eris
Odry.

Odrysios iaculis, tenebrosas lumine mentes,
Iacundis Latium carminibus feries.
Pindus erit Vaticanus, Parnassus Olympus,
Sidera Pierides, Terra, Polusque lyra.
In Lauretano Tibi Laurus consita Monte est:
Hic Tibi Virgo, comas indue, Laurus erit.
Hac non sacra Tibi; sed Tu sacraberis illi.
Dissimile hoc vnum, cætera Phæbus eris.

ADMIRANDVM XXXIV.

Cœli Motor Mobilis.

Procop. l.1. de Bell Goth & ex eo Quidus Panzirol. in nouis repertis titul.23.

EAt nunc Belisarius opificio suo gloriosus: qui Romæ obsessus à Gothis, necessitate magistra molas aquarias, vel inuexit, vel instaurauit: ac miserum Tyberim damnauit ad pistrinum. An quod hosti traiectum permisisset? Preclariùs certè cum aquis hic agitur: vbi non circumagendis molentrinæ pinnis & catillo versando, mancipiorum scilicet labori, addicuntur: Sed cælestibus Orbibus conuoluendis, & Stellarum cursibus moderandis, ac temporum spatijs æquè partiendis (quod Angelorum est munus) quodammodo consecrantur. Roganti quondam Plinio: Quid esse mirabilius

Plin lib. 31. c.1.

bilius poteſt aquis in Cęlo ſtantibus? reſpondere iam licet; Aquæ Cœlum mouentes.

APODOSIS.

CHISIA nobilitas cæleſtis eſt, quia tota pellucida eſt, & ſine labe. Ideò fonte vides hanc exprimi, qui ne contrahat humi labem, pura labitur inter aſtra. Prodigum in noſtra commoda Cœlum eſt: Hinc è cœleſti Chiſiadũ fonte non fluit vnda, ſed liberalitas. Hæc profuſo in miſeros auro, aurea ſaliit ad ſidera. De Chiſio Auguſtino vetus Elogium: dando non deficit. Quantus ALEXANDER, cui Pontificiũ deficit ęrarium, & dat. Cui nam? Orbi terrarum. Apage Staſicrates adulator, ſtatuam pollicitus ALEXANDRO, quæ dextra flumen contineret. In ALEXANDRI VII. dextra mare aureum pietas incluſit. Hoc nauigat Chiſiadum Argonauis ad Deum.

CHI-

CHISIORVM

Nobilitas, & Liberalitas, in qua Heroum nauigat Argonauis.

Stellis Armillis, Cœli globus æstuat imbre!
Ludit, & astriferos dædala lympha rogos!
Sidera ad arma: faces armate. Sit Icarus, audet
Fons qui per superas Dædalus ire plagas.
Sistite, contineat se terræ margine lympha,
Quæ Cœlum, CHISIO proflua fonte, subit.
Fons est nobilitas, quæ flumine lucis inundat,
Atque refixa suis orbibus astra rapit.
Hoc in fonte Leo, Cycnus, Lyra, Taurus, Orion,
Cunctaque collectis imbribus astra natant.
Hæret adhuc Nauis ripis cœlestibus Argo;
Nec liquidæ remos æquore lucis agit!
Heroes, terra stellas, quia vexit, Olympo
Appulit, & stellis addita stella fuit.
E' quercu dedit hæc nautis oracula: malus,
Qua vaga pendebãt suppara, Quercus erat.
Nunc Fabij voces, cœlique oracula reddet
In Vaticanis, Quercus, adulta iugis.
Pande, Carina, sinum: te centũ nobilis Astris
Heroum genitrix impleat vna Domus.
Puppe sedens Marius freta maiestate serenet,
Atque maligna suis terreat astra oculis.
Castora vectasti: pro Castore Sigismundus
Iungatur Mario, candida stella maris.

Si

Si mare deficiat, Marius mare suggeret auri.
Mersa est hoc pelago naufraga Roma lue.
A' duplici Mario seruata & perdita Roma est:
Obruit hic auri, sanguinis ille mari.
Perge, age: sollicita volucrem, Ratis *inclyta,* *(cursum:*
Nam grauis Heroum mole, carina volat.
Te super impendens, volat iride cincta Colũba;
Et responsa Dei, luce diserta, refert.
Bichius è Thracum laqueis tibi mille rudentes.
E laceris signis carbasa mille parat.
Ioannes factus in Templa *relatus Olympi,*
Diriget in claro te Cynosura *salo.*
Omnibus vno armis armaberis Augustino,
Omnia qui vultu fulmina Amoris habet.
Nulla tibi Medea; doli sed nescia Virtus.
Hac Erebi æterno monstra sopore ligat.
Purpura qua rutilat Flauius*, ceu nullus inar-*
Nõ furto parta est purpura, sed meritis.(det.
*En Fabius.*Sub *mole gemis? virtutibus hic est,*
Maior hic est CHISIIS *omnibus* I*mperio.*
Illius in nauim curuabitur Orbis? at Orbis
Paruula Alexandro cymbula totus erit.
Sed *tu, quam* Pallas *diuina fabricat arte,*
Sola *geres* Fabium; *hic* Pallada *mente gerit.*
Pondere *sub tanto glomerata superbiat vnda;*
Cœli Sirenes, *astra celeuma canant.*
Ad Mare *crystalli Nauim dum cãdida defert,*
Cantibus *astrorum, misceat vnda sonum.*
Heroum *Naui,* Fabij *quæ mole superbit,*
Agni *sede fluens hoc Mare por tus erit.*

Epi-

Epigramma.

ALEXANDRI SEPTIMI.

In Miseros Liberalitas.

CReditur ex vndis super astra fluctibus Or-
Diluuio mersas succubuisse sibi. (bis
Qui super astra fluit Fabij fons extulit Orbem,
Mersum criminibus, sanguine, peste, odijs.
E Fabio fons in Cœlum quis labitur? aurum.
Pro vastis habet hoc Æthera littoribus.
Quæ salit in luxum, perit vnda in vallibus; at
Desilit in miseros prodiga, in astra salit. (quæ

Epigramma.

ALEXANDRI SEPTIMI

In nouos Cardinales Liberalitas.

ARida dum läguet tellus, roratur ab astris.
Aurifero rorat CHISIVS *astra Tūgo.*
Quæ latio creat in Cœlo noua sidera, & ostro
In-

Induit, hac auri roscidas imbre rigat.
Qua rutili fontis mensura? Hinc conijce. Ter-
Exuperat lymphis,& super astra fluit. (ras
Quò surget salientis aquæ fons altior astris?
In magnum immensi Numinis Oceanum.

ADMIRANDVM XXXV.

Aquarum Æquilibrium.

AD Lilybæum Siciliæ Promontorium, fons esse dicitur, qui neque hauriendo exhauritur, neque affluendo crescit. Huic ita nato fonti similem alium elaborauit industria. Stant in eius summo cratere qui oblongo, & canaliculato insistit pedi, hinc serpens aquam infundens, hinc auis eandem ebibens; & quia pari mensura miscetur, & bibitur: nunquam superabundat crater, nunquam exinanitur. In vna sede morari diceres serpentem, & Columbam; nisi quòd neque illius prudentiæ conuenit, sua profundere; neque huius simplicitati, aliena haurire. Verùm, & ille prudens, dum non plus, quàm sit satis, elargitur: hæc simplex, quia tantùm accipit, quantum datur.

Leander Albertus in descript. Siciliæ.

APODOSIS.

VNdas ſerpentis ab ore liberaliter effuſas, occulto redditas meatu, reſorbet anguis ab aue. Opes ab AVGVSTINI CHISII liberalitate pauperibus erogatas, arcano Siderum ductu, in Nepotem felicitate refuſas celebrat.

Elegia.

CHISIORVM

Magnificentia:

FVndere inexhauſtas pretioſi flaminis vndas,
Atque inopes aurea dote beare manus.
Regis opes, & opus credas; ſed munera Regum
Æquat, diuitibus, CHISIVS vnus, aquis.
Priuata ſub ſorte, Patrem iuraueris Vrbis:
Tantus in vnius pectore, plebis amor.
Paupertas optanda fuit, tam diuite vena,
In miſeros CHISII, viſa benigna manus.
An non attonito reſluebas marmore Tybris,

Vn-

Vndarumq; hilari murmure festus erat?
Regia spectabas conuiuia strata Leoni
Pauperum inexpletam pellere ab ore famem.
Quid magè miretur Roma? an quod pauperis vna,
An quod Pontificis, cena superba foret?
Parce Leo: *maior de paupere, gloria mensa est;*
Non Tibi, sed miseris deliciosa fuit.
P*ascebatur inops, inopisque expleta voluptas*
Pascebat CHISII *pectoris vsque famem.*
Terra feris, æther auibus, mare piscibus, vnà
P*rastabant auidis ambitiosa dapes.*
Vi*x satis est epulis orbis, cui deficit vnda,*
Rideat vt pauper, cuncta elementa gemant.
O *Amor, ò* C*æli risus, diuumque voluptas!*
Quantum, AVGVSTINE, *in paupere, diues eris!*
Aurea si plena sparsisti munera dextra,
O quanta, è tanto semine, messis erit!
An Super*os cæcos, an* C*ælum credis auarum?*
Au*ctas, maiori fœnore, reddet opes:*
Reddet purpureos Patres, aureosque Nepotes,
I*llustres* O*rbi* P*allade, Marte Duces.*
AVGVSTOS FABIOS, MARIOS, *quæ nomina!* Senis,
Roma, orbi, meritis sat pretiosa suis.
Reddet *ALEXANDRVM. plaudas mea Roma Tonanti.*
Quantum, *in* ALEXANDRI *munere, munus habes!*
Sæcula sic dabunt, vt tantum Hero*a figurent,*

Illum ideò Roma tardius astra dabunt.
Te pariter FLAVI generosa mente capacem,
Sacri participem ponderis, astra dabunt.
Non Tua de Tyrio viuit sacra purpura succo,
Cœlesti magis è lumine, lumen habet.
Hoc vnum superest, hoc nostrum vota beabit,
Longæuus viuas, Patrue, viue Nepos.

Idem Argumentum.

AN Tyberis Tagus est, rapida qui ferueat auri
Tempestate, suis ambitiosus aquis?
CHISIADÆ *portenta vides? hic moribus aureis,*
Aureus in Terris, aureus amne fluit.
Sed maiora manent: nõ aurea flumina Romæ,
Aurea Tu FLAVI *currere secla iubes.*
Vicisti proauos, dabitur superare Nepotes;
Quem nunquàm superes, Patruus *vnus erit.*



AV-

AVGVSTINVS CHISIVS.

Aurea Argenteaque vasa, quibus Leonem Pontificem conuiuam exceperat, deuoluit in Tyberim.

QVæ dedit attonito conuiuia magna, Leoni
Aurea gaza, vndis condita Tybri Tuis,
Retibus excepta occultis, secura per vndas
Naufraga, ab inuitis prompta redibat aquis.
Proiectas sibi flumen aquas optasset, at Vrbi
Perniciosa foret Tybris auarities:
Audi! Timothei referam, nec somnia: Mundi
Quæ cæpere aurum retia, sceptra dabunt.
Scilicet Imperio gens nulla est dignior, ipsas
Quæ grauidas auro, currere cogit aquas.



ADMIRANDVM XXXVI.

Alata Clepſydra.

CAtachreſis magna vocabuli fuit, Clepſydræ nomen accommodare duabus ore contiguis ampullis, tenuiſſimo foramine puluiſculum paulatim ſibi, ac viciſſim tranſmittentibus. Quid enim pulueri conueniat cum aqua: ſicco cum humida? ſed tamen vtrumq; ſymbolum eſt mortalitatis noſtræ
Gen 3. Ille, quod in puluerem reuertemur: Hæc
2. Reg. 14. quòd ſicut aqua dilabimur. Atque vt ambo diſiuncta finem hominis deſignant; ità mixta principium. Limum nempe, vnde formatus. Sed vt meliùs rei nominis ſui ratio conſtaret, pro puluerea Clepſydra, aquea propoſita fuit. Ingentes ampullæ duæ, orificijs ſibi cohærentes, per eadem, altera in alteram ſubiectam guttatim aquam inſtillant, donec horæ ſpatium expleatur; quo tranſacto, ſurſum deorſum conuertuntur: & quæ humorem exceperat, infundit. Adiectæ ſunt alæ, quia ſicut in ſagittis alitem ferimus mortem, ità in Clepſydra præcurſor eius alatus indicatur tempus, quod irreuo-
Plin. lib. cabile volat. Ad hanc non dicimus, ſed vi-
36. c. 14 uimus.

APO-

APODOSIS.

QVÆ mensura olim temporis fuit clepsydra, non in tenui pulueris filo, sed perenni laborabat in guttas; ad illustre spectantium documentum; non terrenis hisce, & pulucreis, sed aquis, quę suprà Cœlum sunt, laborandum, vt omnium mensuram temporum æternitatem acquiras. Sic B. IOANNES CHISIVS Patriæ domus magnificentia calcata, Cœlo tantùm in Eremo vacauit, lacrymarum vbertate pretiosus.

B. IOANNIS

CHISII.

Eremus.

ARdua Pyramidum quid tollat Anubis ad astra?
Quid tenui cineri, tam grauis vrna datur?
Attonita, erectas mirantur, sidera moles
Et de marmorea fronte Serapis ouat.

Falleris, æternum iactent si marmora nomen;
Quod tua metitur tempora, puluis erit:
Puluis erit, grandi cui pro mercede laborum,
Hoc datur, vt rapido fusilis imbre cadat:
Pyramides cecidere, suo cum nomine Regum
Quos timuit Nilus, nomen inane iacet.
Quæ tulit impositas, eadem tumulauit arena;
Queis vix astra satis, vix satis vrna datur.
Scilicet æternos, quis puluere figat honores?
Exigua, exiguus fingere puluis amat:
Punctum est, in puncto quis grandia nomina quærat?
Hoc tantum in puncto est quærere, grande nihil.
Ergò age pulu ereis ne moribus, astra sequaris
Chisiade, afflatum pulueris illa timent.
Sordes linque auri, patrimonia desere census,
Et quas magnifica è stirpe refundis opes
Desere; calcato gemmarum pondere maior,
Patria linquentem sidera, quære Deum.
O nemus, ò vmbræ? sub vestra sanctior aura
IOANNES, animo lucet, & ore latet.
Quin pia crudelem vibrans in verbera dextrā,
Et reus, & Iudex criminis ipse sui,
Et furit, & ferit impatiens, vt marmor haberi
Possit, solùmq; è sanguine, visus homo.
Nec sua luminibus remouetur pœna beatis,
Dulcior ardescens lacryma, sanguis erat:
Vulnera sunt oculi, sed cæci vulnera amoris,
Ipsaque, quæ sanguis, fit medicamen aqua.
Flumine inextincto fit clepsydra viua doloris

In

In noctes lacrymans effluit, inque dies.
Æternum è lacrymis didicerunt flumina cursum,
Vndaque de CHISII *nescit amore moras.*
E' gemino, lymphas cum flumine vidit, amaras
Profluere, erubuit sistere dulcis aqua.
Currite felicis CHISII *de lumine riui,*
Aeternoq; hilaris clepsydra fonte gemat.
Mentiar? hisce Tuus, FLAVI, sol natus ab vndis,
Semper, ab his lacrymis, Aurea Quercus erit.

ALEXANDRI

SEPTIMI

Poësis Puluereum, & solare Horologium commendat, clepsydra prætermissa.

Annorum solisque fugam; Lunaeque rotatus,
Quæ docet, artifici puluis, & vmbra, manu.
Senensis calamo laudantur Apollinis; inde
Carmine gemascit pulais, & vmbra micat.
Illaudata manes, tu solùm clepsydra? tantis
Illaudata cares laudibus? inde gemis.

Epi-

Epigramma.

GVttatis lacrymosa vndis, quæ mæsta videtur
Clepsydra, cum lacrymis non dolet illa suis.
Ridens illa gemit ridetq; aduersa, gemendo,
Et cadit impatiens pondere amoris aqua.
Vt Te Chisiadum solem, Tua Purpura pinxit,
Lætitia exundans ridet & inde gemit.
Sic Aurora parens, plorans sua gaudia Mundo
Nascentem solem, roscida mater amat.

ADMIRANDVM XXXVII.

Nouus Fons Solis.

QVis crederet inter fontes feruere studia partium? & tamen quamuis omnes sint sub Lunæ ditione, humoris tributarij; nonnulli ab ea desciscunt ad solem: Vt ille, qui Soracte in Monte Sole Oriente exundat, feruenti similis; Si fides est habenda Varroni, doctissimo Romanorum. Talis fonticulus est ab arte fabricatus; qui eam habet cum Rege siderum cognationem; Vt diurno calore sollicitante, aquã emit-

Apud Plin. l. 31. c. 2.

emittat: nocturno frigore quasi congelante, sustineat. Quantus in re vel inanima est amor lucis: Vt sine illa prodire nolit in lucem?

APODOSIS.

QVam guttatim elabi cernis in situlas, vitreus tholus per diem dumtaxat, quieturus noctu aquam exsudat. Lucis nempè dum capit vsuram, guttas quodammodò calori soluit in fœnus. An dignissima luce machina indecorum sibi putat destinatam operi diem sine motu perdere otiosam? Tesseram agnosco Principis, & virtutis; Tàm in illo operosum decet esse fulgorem, quàm hæc semper est in lumine operosa.



AVGVSTINI CHISII

Equitis S. Stephani, & pauperum Nosocomii Rectoris Virtus in lumine operosa.

AVdio? deceptas an inanis detinet aures
Cycnaeo veluti fusus ab ore canor?
Audio: Chisiades extremo carmine cycnus
Aetherei ad ripam concinit Eridani.
Hic vbi non gutta Phaëtontide populus vmbras
Fraternae soluit gemmea iusta neci;
Sed Charitum Soles, Electraq; Numinis, astra
Perpetua monstrant gaudia viua die;
Littus ad hoc recinens Iessida carmina Psaltis
AVGVSTINVS *olor concinit, & moritur.*
Et moritur, Vita sed plena morte: diei,
Et plena moriens lumina nocte tegit.
Phosphorus hāc mortis, nō Hesperus efficit vmbram,
Scilicet in subitam deficit vmbra diem.
Forsitan & Soli vox praecinit illa propinquo;
Solis in aduentum sic modulantur aues.

For-

Forsitan affulgens noua lux irrorat ocellos;
Sic Aurora diem parturit illacrymans.
Forsitan ipse sui iubaris suspirat in Ortum
Flamina sic Zephyri sole oriente cient:
Nil habet hac atra, nil hac nox candida noctis:
Nil blanda hac rigida mors quoque mortis habet.
Et lacryma & dulcis vox est in funere testis:
Roscida sic nata est illa canora dies.
Tota dies: uita illa fuit virtutibus ardens:
Tota Deo feruens mors fuit illa dies.
Vita quid est aliud, nisi præuia mortis imago?
Præuia, funus erit, qualis imago fuit.
Dicite labentes morbis quo fulsit amoris
Vos AVGVSTINVS *robore Chisiades?*
Phillyrides Chiron *amor ille, amor ille* Machaō,
Ille amor Hippocrates, Phœbus *& ille fuit.*
Pharmaca, delicias & odoriferam panaceam,
Præstabat cunctis cuncta fouentis amor.
Sic curas, & opes, animamq; impenderat ægris,
Labentum regeret cum pius ille domum.
Quis neget? innubis gesta illa fuere diei;
Vltima gestorum mors fuit ipsa dies.
AVGVSTINE *canis, mortisq; silentia rumpis;*
Lumina, nec claudis, sed meliora vides.
Quātum est diuino vitam hanc assuescere Soli?
In Sole occiduo cuncta orientis habet.

ALE-

ALEXANDRI

SEPTIMI

Fulgor operosus.

OTia ALEXANDER *Mundi mens publica nescit;*
Sedula sed viua munera mentis agit.
Funerat ignaui mens torpida Principis *Orbem,*
Quæ cum sceptra regit viuida, cuncta viget.
Et FABIO *Mundus viget omnis agente: cor Orbis*
Sed tu Roma viges hoc agitante prius.
Iam mouet ingentes virtus animosa lacertos,
Proq; Deo *iactat brachia mille Giges.*
Roma viden? Quanto *regnantis in atria cœtu,*
Quàm celeri properant agmina densa gradu?
Agmina virtutum confertaq; & incita in Au*lam*
Chisiadæ properant ambitiosa Patris.
Et rutila properãt FABIVM stipare corona,
Quarum auro melior gemma sit ipse Parens.
C*astaliæ hic habitant, Themis hic, hic* Pallas*, & omnis*
C*enteno virtus sidere cincta caput.*
CHISIVS *hanc* V*rbi sobolem prouidit, & aulas*
Romula qua tellus inuidiosa Polo *est.*

An

An sibi ALEXANDRUM *totum* Vrbi *inclusit, & Aula,*
Nec reliquas latè permeat ille plagas?
Qui Regum scrutaris iter, metire recessus:
Vna *quot alipedes semita lassat equos?*
Quàm *properant* Cælo *irrequieta negotia Solis?*
Multò plus, oculus quàm videt, illa volant.
Cunctaq; tàm rapido cum lustret in æthere cursu,
Vix lenta Phabus *cernitur ire via.*
Cærula nimirùm nimis à tellure recedunt,
Quæ Sol fulmineis æquora transit equis.
Nec secus insistunt operosa negotia Reges,
Cunctari in uulgus credita, cum properant.
Tethyos Adriacæ Reginam testor, Iesu
Cui socios potuit reddere Chisiades.
Hoc olim immotum, & vix iam mobile, tandē
Chisiaca mouit vis operosa manus
Quot solio clari laudem hanc petiere? Quot an-(nis?
Sed fuit hac annis debita Chisiadæ.
Ardor ALEXANDRI *Venetis hoc præstitit, idem*
Inclyta pugnantum nunc fouet arma manu
Pro *Venetis viden, vt feruet; quē torret* Iesus?
Namque eadem Venetis causa, eademque Deo est.
Thrax furit in Venetos, in Thracem fulmina torquet
Pro *Ioue* ALEXANDRI *plena* Tonante *manus.*
Fulmina quæ classem bello submittit, & aurū
Ad-

Addit opem Venetis CHISIVS, *addit opes.*
Viue diù, hoc Tibi cum Venetis Pater, *expetit Orbis:*
Mundo sic fulgens proficis? hoc agere est.

Ad fulgorem Chisij Principatus.

O *Qui Sol velut inter astra,* Princeps,
Inter lumina Principum *coruscas,*
ALEXANDER *ab arce Vaticana,*
Non est desidiæ manusq; paruæ,
Solis ignea temperare frena.
Leuis succutitur per astra currus
Auriga Phaëtonte: *deuijsque*
Turbati trepidant equis Triones.
Fumant nubila montiumq; primò
Incendent iuga celsa, fluminumque
Vrna denique flagrat aridorum.
Seruat omnia Sol, paremque tantæ
Seruata omnia comprobant quadrigæ.
Fulges omnibus ipse, & ipse fulgens
Seruas omnia: temperata Mundo
Verum te probat hæc quadriga Solem.



In idem.

Virtutes, io, literaque, dulci
Affulsit iubar aureum sereno.
Affulsit Sapientia decoro
Sol in pectore fulgurans: Apollo
Inter Pierides nouus renidet.
Virtutum Pater emicans, latentes
Vestros protulit ille Sol colores,
Vestraque aureus ardet in corona.
Virtutes, io, literaque, Solis
Hic vos CHISIACI, rogatis, ortus
Quanto lumine praestitit videndas?
Plausu, nomine, purpura, thiaris,
Quanto lumine praestat inuidendas.

ADMIRANDVM XXXVIII.

Horoscopium Geniale.

PRælongi duo vitrei tubi hinc,atque hinc attolluntur;horarum numeris consignati paribus interuallis.Canalis occultus medius alteri ad imum transuerso aquam communicat. Hic verò ad vtriusque tubi extrema pertingens, eandem illis impertit, ea vi, vt

 pau-

paulatim aſcendat; ſinguloſque Genios eue-hat ſingulis tubis incluſos. Illi cum aqua ſenſim aſſurgentes, horæ ſpatio ad inſcriptam horam perueniunt, eamque digito indicant: tùm ad aliam, aliamque deinceps vſque ad ſupremam progrediuntur. Adumbratum hoc artis opus à natura putares in fonte Comenſi, iuxta Larium lacum, qui Plinianus hodieque dicitur: fortaſſe quòd ab vtroque Plinio literis illuſtratur. Hic horis ſingulis ſemper intumeſcit, ac reſidet. At is, quaſi beneficij horas docendi pœniteat, identidem retrocedit: Fons ille ſemper augeſcendo ſemper beneficium auget.

Plin. ſen. lib. 2. c. 103. Plin. Iun lib. 4 ep. vlt.

APODOSIS.

Concordi aſcenſu, deſcenſuque vitreos intra calamos incluſi genioli, aquæ innatant, diei horas æquiſſimè partienti. O qui Vaticana ex Arce Diuinitatis Vicarius tempora Mundo, felicitatemque partiris! Tu te vtriuſq; Regis in animos inſere, ALEXANDER. Non poterunt illi tandem non eſſe concordes, qui tuum Pacis genium cum omnium temperatione virtutum, ſuis motibus amanter, ac intimè ſenſerint incubantem.

Prin-

Principis nostri genius, Pax.

CVm Faber imperio vocis Deus *ederet Orbem,*
Spiritus innabat, Numinis ardor, aquas.
Ille calens, fouit fœcundas spiritus vndas,
Quo Mundi genitrix vnda fouente fuit.
En Chaos, heu! terras iterum, Cœlum, omnia miscet:
En refluì fluctus, crimina, bella, lues.
O *Chaos! ò fluctus! aliaque in imagine terras*
Mergentes iterum Deucalionis *aquæ!*
Innat ALEXANDRI sed nunc quoque spiritus vndas,
Innantisque fouens Spiritus *ille* Dei *est.*
Quid *confuse gemis tantis in fluctibus orbis?*
Attolles FABIO, Munde, fouente caput.
Astra ciet precibus, terras hortatibus vrget;
Impellent tandem sidera mota solum.
Iam *video, video, redit in sua Tartara Enyo;*
Cedit ALEXANDRO pulsa Megara locum.
Nascentis postquam digesta est Machina Mundi,
Supposita eminuit carulus Orbis humo;
Mox vbi proluuies vnda parcente resedit,
Sospes *in Armenijs constitit arca iugis.*
Stemmate CHISIADVM *felix impleuimus omen:*

Omina creuerunt stemmate CHISIADVM.

Aspice suppositis secretum Montibus Astrum:
Iam non miscebit astra, solumque Chaos:
Armenios praestant Montes iuga CHISIA; *in illo*
Sidere terrigenis area salutis adest.
Credimus, ò superi, nunc tandem & cernimus, astra
Iusta quidem, sed non ira perennis habet.
Prouocat eluuiem tellus, & prouocat ignes:
Vosque ignes, & vos funditis eluuiem.
Sed quadraginta post soles vnda pepercit:
Ignis iis paucis vrbibus ille satur.
Hunc quoque nunc veterem seruatis ab athere morem,
Et parcente homines plectitis vsque manu.
Vltio terrigenûm sunt tot fera bella reorum:
At spes sub FABIO *pacis amica redit.*
O Pax! ò bona Pax! Mundi ò pax vnica votum,
Si spes affulsit; Tu quoque, Diua, veni!
Te genius nostri reducem, dum Principis optat,
Tu genius nostri Principis, alma, redi.
Sed Chaos, vnde caput tollas Pax creditur esse:
Per FABIVM *Deus hoc digeret ipse Chaos.*



Ad

Ad Pacem.

PRoles ætheris, inquilina terræ,
Quis te tàm procul egit error, ò Pax!
Pax, ò Pax fugitiua, te nec vna
Vox, nec vt redeas, semel vocauit.
Tot tu vocibus, at vocata, nulla
Voce, vel semel hactenus redisti.
Sed te CHISIADE vocante: tandem
Nostras vox tua verberauit aures:
Si non fallimur incipis reuerti.
Virtutum FABIVS micans sereno,
Princeps pacis hic est: quid est morarum?
Hoc sub Principe cogeris reuerti:
Hoc sub Principe tu voles reuerti.

In idem.

POstibus semel exulans Potentum,
Vt postliminio reuisat aulas,
Quot pax vna stat Vrbium ruinis!
Et Pacis, FABIO vouente, Templum
Cultu tollere luculentiore,
Quàm multis stetit ædium ruinis!
Iam nunc, & species placet theatri:
Theatrum tragicas decebat ædes.
At tibi hecatomba si litauit
Vrbium procul, ædiumque Romæ,
Nunc tandem, bona Pax, ades vocata.
Regalem capiens in Vrbe scenam,
Regnantis facias in Orbe gestum.

ADMIRANDVM XXXIX.

Horologium Cosmicum.

NE sola Genethliaca Mathesis diuinatione se iactet. Etiam Gnomonica id facultatis habet: Diuinare volenti, quid vbique terrarum hora qualibet agatur, Cosmicum hoc Horologium vsui erit. Eius intima structura eadem est, quæ aliorum, multiplici conuersione rotarum horas metientium. extima verò facies quadrata, & erecta horas quatuor, & viginti suis numeris præfert: duodecim nempè diei, totidem noctis. Interior est rota reuolubilis, in qua nomina in Orbem dispositæ cernuntur regionum, atque Vrbium, quindecim Cœli gradibus inter se distantium: Vti Roma in Italia, Camenecum in Polonia, & sic deinceps. Continenti autem motu circumacta rota singillatim vnamquamque regionem admouens, & æquans vni ex numeris circùm notatis, perpetuò docet, quota sit vbique gentium hora; Si quis ergo cum alijs Romæ ante hanc molem se sistat hora post meridiem tertia, exempli causa; & vni adstantium dicat; diuina, quid hoc temporis

agitur

agitur in Mexicana Regione? Ille in horologium intuens, & obseruans quam horam illa inscripta respiciat; certiùs multò, quam in speculis magicis cerni credantur, quæ remotissimis in locis fiunt; collineans, in verum, pronunciabit. Christiani quidem homines ad rem diuinam in templa conueniunt. Ethnici verò per Montes venantur, quòd mox immolent idolis. Quid rerum geritur in Peruuia? Subijciet alius. Is verò respondebit. Qui superstitionem non exuere, lapideo suggesto conscenso solem surgentem adorant, demisso capite, brachijsque in eius amplexum protentis. Quid in ea insula Fortunata, cui nomen à ferro? solis calore nebula dissoluta, mirabilis arbor tantum aquarum emittit è folijs, vt insulæ toti sit satis. Quamobrem quisquis hoc Horologium consulit, non tàm quotidianum iter solis ediscit, quàm cum sole ipso per Orbem Terræ iter facit, curiosus inspector.

Hieron. Baron. hist. l. 3. c. 30. Gõzalus Oceta-nus hist. Ind. l. 2. c. 9.

APODOSIS.

MEchanici Horologij molem vides? Indicem hìc aspice horarum orbem, radijs omnibus eruditum. Linguæ verè sunt, quæ prò diuersarum ratione terrarum, vno eodemque

tempore diversas in ijs hora[illegible]
[illegible]tur. Et hoc pondus [illegible]
[illegible]. Principes docet, ipso[illegible]
dignitatis, & muneris, radio [illegible]
primo mentis, sua; secundis [illegible]
[illegible] etiam, motusq; spe[illegible]
[illegible]. Hoc si radijs suade[illegible]
[illegible]. ALEXANDER V[illegible]
suades exemplo.

ALEXAND[illegible]

SEPTIMI.[illegible]

Cognitio terrarum, & Regn[illegible]

A[illegible] et [illegible], quae tempore[illegible]
[illegible]
[illegible] in Or[illegible]
[illegible] Roma discim[illegible]
[illegible] horas discimus ex[illegible]
[illegible] quisquis regit omn[illegible]
[illegible] ipse plag[illegible]
[illegible] Tybris, Princeps [illegible]
[illegible].
[illegible] Tagus & Sequana [illegible]
[illegible].
[illegible] Europa [illegible] Am[illegible]

Italiam fluctus, discere in Vrbe decet;
Barbara sed Thracis, post & glaciata Britannos,
Thulesque extrema quid fera Doris agat;
Vndaque nigrantis quid dissita voluat Eoi,
Creber & Hesperiæ quid petat æstus aquæ.
Discat & hæc, cuius ceruici innititur Orbis,
Stante salus quo stat, quoque labante labat.
CHISIADÆ *hæc* FABII *docuere exempla, docentque*
Omnes qui è summa prospicit arce plagas.
Trans Maria, & Montes Lynceus videt ille, oculosque
Plus *centum in curas erudit Argus amor:*
Hesperiam Tethyn egressus, Balthica seri
Littora prospexit CHISIVS *Oceani.*
Et caliganti sol mundo, vidit ab Arcto
Regina *obsequijs se glaciante peti.*
Quem procul egelidi postquam sensere Triones
Vel caluere, illum vel coluere procul.
Discite, Terrarum queis Cælum *indulsit habenas*
Flectere, magna procul mittere consilia.
Vestraque dumtaxat nè sint laquearia curæ,
Rupta vel inclusis scrinia diuitijs.
Pensilibusue hortis, & equorum examine, & inter
Ludicra, vel cithara perdere fila diem.
Otia sunt isthæc, sunt otia frigida Regni,
Nil nisi quæ possis cernere, nosse procul.

O ter

Addit opem Venetis CHISIVS, *addit opes.*
Viue diu, hoc Tibi cum Venetis Pater, *expetit Orbis:*
Mundo sic fulgens proficis? hoc agere est.

Ad fulgorem Chisij Principatus.

O *Qui Sol velut inter astra,* Princeps,
Inter lumina Principum *coruscas,*
ALEXANDER *ab arce Vaticana,*
Non est desidiæ manusq; paruæ,
Solis ignea temperare fræna.
Leuis succutitur per astra currus
Auriga Phaëtonte*: deuijsque*
Turbati trepidant equis Triones.
Fumant nubila montiumq; primò
Incendunt iuga celsa, fluminumque
Vrna denique flagrat aridorum.
Seruat omnia Sol, paremque tantæ
Seruata omnia comprobant quadrigæ.
Fulges omnibus ipse, & ipse fulgens
Seruas omnia: temperata Mundo
Verum te probat hæc quadriga solem.



In

In idem.

Virtutes, io, literaeque, dulci
Affulsit iubar aureum sereno.
Affulsit Sapientiae decoro
Sol in pectore fulgurans : Apollo
Inter Pierides nouus renidet.
Virtutum Pater emicans, latentes
Vestros protulit ille Sol colores,
Vestraque aureus ardet in corona.
Virtutes, io, literaeque, Solis
Hic vos CHISIACI, rogatis, ortus
Quanto lumine praestitit videndas ?
Plausu, nomine, purpura, thiaris,
Quanto lumine praestat inuidendas.

ADMIRANDVM XXXVIII.

Horoſcopium Geniale.

PRælongi duo vitrei tubi, hinc, atque hinc attolluntur; horarum numeris consignati paribus interuallis. Canalis occultus medius alteri ad imum tranſuerſo aquam communicat. Hic verò ad vtriuſque tubi extrema pertingens, eandem illis impertit, ea vi, vt

paulatim aſcendat; ſinguloſque Genios euehat ſingulis tubis incluſos. Illi cum aqua ſenſim aſſurgentes, horæ ſpatio ad inſcriptam horam perueniunt, eamque digito indicant: tùm ad aliam, aliamque deinceps vſque ad ſupremam progrediuntur. Adumbratum hoc artis opus à natura putares in fonte Comenſi, iuxta Larium lacum, qui Plinianus hodieque dicitur: fortaſſe quòd ab vtroque Plinio literis illuſtratur. Hic horis ſingulis ſemper intumeſcit, ac reſidet. At is, quaſi beneficij horas docendi pœniteat, identidem retrocedit: Fons ille ſemper augeſcendo ſemper beneficium auget.

Plin. ſen. lib. 2. c. 103. Plin. Iun lib. 4 ep. vlt.

APODOSIS.

CONcordi aſcenſu, deſcenſuque vitreos intra calamos incluſi genioli, aquæ innatant, diei horas æquiſſimè partienti. O qui Vaticana ex Arce Diuinitatis Vicarius tempora Mundo, felicitatemque partiris! Tu te vtriuſq; Regis in animos inſere, ALEXANDER. Non poterunt illi tandem non eſſe concordes, qui tuum Pacis genium cum omnium temperatione virtutum, ſuis motibus amanter, ac intimè ſenſerint incubantem.

Prin-

Principis nostri genius, Pax.

CVm Faber imperio vocis Deus ederet Orbem,
Spiritus innabat, Numinis ardor, aquas.
Ille calens, fouit fœcundas spiritus vndas,
Quo Mundi genitrix vnda fouente fuit.
En Chaos, heu! terras iterum, Cœlum, omnia miscet:
En refluï fluctus, crimina, bella, lues.
O Chaos! ò fluctus! aliaque in imagine terras
Mergentes iterum Deucalionis aqua!
Innat ALEXANDRI sed nunc quoque spiritus vndas,
Innantisque fouens Spiritus ille Dei est.
Quid confuse gemis tantis in fluctibus orbis?
Attolles FABIO, Munde, fouente caput.
Astra ciet precibus, terras hortatibus vrget;
Impellent tandem sidera mota solum.
Iam video, video, redit in sua Tartara Enyo;
Cedit ALEXANDRO pulsa Megara locum.
Nascentis postquam digesta est Machina Mundi,
Supposita eminuit carulus Orbis humo;
Mox vbi proluuies vnda parcente resedit,
Sospes in Armenijs constitit arca iugis.
Stemmate CHISIADVM felix impleuimus omen:

Omina creuerunt stemmate CHISIA-
DVM.

Aspice suppositis secretum Montibus Astrum:
Iam non miscebit astra, solumque Chaos:
Armenios praestant Montes iuga CHISIA; *in illo*
Sidere terrigenis area salutis adest.
Credimus, ô superi, nunc tandem & cernimus, astra
Iusta quidem, sed non ira perennis habet.
Prouocat eluuiem tellus, & prouocat ignes:
Vosque ignes, & vos funditis eluuiem.
Sed quadraginta post soles vnda pepercit:
Ignis iis paucis vrbibus ille satur.
Hunc quoque nunc veterem seruatis ab athere morem,
Et parcente homines plectitis vsque manu:
Vltio terrigenûm sunt tot fera bella reorum:
At spes sub FABIO *pacis amica redit.*
O Pax! ô bona Pax! Mundi ô pax vnica votum,
Si spes affulsit; Tu quoque, Diua, veni!
Te genius nostri reducem, dum Principis optat,
Tu genius nostri Principis, *alma, redi.*
Sed Chaos, vnde caput tollas Pax creditur esse:
Per FABIVM *Deus hoc digeret ipse Chaos.*



Ad

Ad Pacem.

PRoles ætheris, inquilina terræ,
Quis te tàm procul egit error, ò Pax!
Pax, ò Pax fugitiua, te nec vna
Vox, nec vt redeas, semel vocauit.
Tot tu vocibus, at vocata, nulla
Voce, vel semel hactenus redisti.
Sed te CHISIADE vocante; tandem
Nostras vox tua verberauit aures:
Si non fallimur incipis reuerti.
Virtutum FABIVS micans sereno,
Princeps pacis hic est: quid est morarum?
Hoc sub Principe cogeris reuerti:
Hoc sub Principe tu voles reuerti.

In idem.

POstibus semel exulans Potentum,
Vt postliminio reuisat aulas,
Quot pax vna stat Vrbium ruinis!
Et Pacis, FABIO vouente, Templum
Cultu tollere luculentiore,
Quàm multis stetit ædium ruinis!
Iam nunc, & species placet theatri:
Theatrum tragicas decebat ædes.
At tibi hecatomba si litauit
Vrbium procul, ædiumque Romæ,
Nunc tandem, bona Pax, ades vocata.
Regalem capiens in Vrbe scenam,
Regnantis facias in Orbe gestum.

ADMIRANDVM XXXIX.

Horologium Cosmicum.

NE sola Genethliaca Mathesis diuinatione se iactet. Etiam Gnomonica id facultatis habet: Diuinare volenti, quid vbique terrarum hora qualibet agatur, Cosmicum hoc Horologium vsui erit. Eius intima structura eadem est, quæ aliorum, multiplici conuersione rotarum horas metientium. extima verò facies quadrata, & erecta horas quatuor, & viginti suis numeris præfert: duodecim nempè diei, totidem noctis. Interior est rota reuolubilis, in qua nomina in Orbem disposita cernuntur regionum, atque Vrbium, quindecim Cœli gradibus inter se distantium: Vti Roma in Italia, Camenecum in Polonia, & sic deinceps. Continenti autem motu circumacta rota singillatim vnamquamque regionem admouens, & æquans vni ex numeris circùm notatis, perpetuò docet, quota sit vbique gentium hora; Si quis ergo cum alijs Romæ ante hanc molem se sistat hora post meridiem tertia, exempli causa; & vni adstantium dicat; diuina, quid hoc temporis

agitur

agitur in Mexicana Regione? Ille in horologium intuens, & obseruans quam horam illa inscripta respiciat; certiùs multò, quam in speculis magicis cerni credantur, quæ remotissimis in locis fiunt; collineans, in verum, pronunciabit. Christiani quidem homines ad rem diuinam in templa conueniunt. Ethnici verò per Montes venantur, quòd mox immolent idolis. Quid rerum geritur in Peruuia? Subijciet alius. Is verò respondebit. Qui superstitionem non exuere, lapideo suggesto conscenso solem surgentem adorant, demisso capite, brachijsque in eius amplexum protentis. Quid in ea insula Fortunata, cui nomen à ferro? solis calore nebula dissoluta, mirabilis arbor tantum aquarum emittit è folijs, vt insulæ toti sit satis. Quamobrem quisquis hoc Horologium consulit, non tàm quotidianum iter solis ediscit, quàm cum sole ipso per Orbem Terræ iter facit, curiosus inspector.

Hieron. Baton. hist. l. 3. c. 30. Gõzalus Oceta. nus hist. Ind. l. 2. c. 9.

APODOSIS.

MEchanici Horologij molem vides? Indicem hìc aspice horarum orbem, radijs omnibus eruditum. Linguæ verè sunt, quæ prò diuersarum ratione terrarum, vno eodemque

tempore diuersas in ijs horas diei loquuntur. Et hoc pondus habet hic sermo. Principes docet, ipsorum esse dignitatis, & muneris, radio quidem primo mentis, sua; secundis alijs, alio- rum res etiam, motusq; spectare regnorum. Hoc si radijs suadet hic Index, ALEXANDER VII. persuadet exemplo.

ALEXANDRI

SEPTIMI.

Cognitio rerum, & Regnorum.

Aspicis, vt lapsum, quæ temporis indicat, Orbis
Vna tot inscripsit machina in Orbe plagas?
Ex vno hic radio dum Roma discimus horam,
Quot Regnorum horas discimus ex alijs?
Omnia non aliter, quisquis regit omnia, nouit,
Et mundi secum digerat ipse plagas.
Sic, quid agat Tybris, Princeps dum quærit in Vrbe,
Quærat quid Tagus, & Sequana, & Ister agant.
Adriaca, Hetrusca quis verberet Amphitrites

Ita-

Italiam fluctus, discere in Vrbe decet;
Barbara sed Thracis, post & glaciata Britannos,
Thulesque extrema quid fera Doris agat;
Vndaque nigrantis quid dissita voluat Eoi,
Creber & Hesperiæ *quid petat æstus aquæ.*
Discat & hac, cuius ceruici innititur Orbis,
Stante salus quo stat, quoque labante labat.
CHISIADÆ *hac* FABII *docuere exempla, docentque*
Omnes qui è summa prospicit arce plagas.
Trans Maria, & Montes Lynceus videt ille, oculosque
Plus centum in curas erudit Argus amor:
Hesperiam Tethyn egressus, Balthica feri
Littora prospexit CHISIVS *Oceani.*
Et caliganti sol mundo, vidit ab Arcto
Regina obsequijs se glaciante peti.
Quem procul egelidi postquam sensere Triones
Vel caluere, illum vel coluere procul.
Discite, Terrarum queis Cœlum indulsit habenas
Flectere, magna procul mittere consilia.
Vestraque dumtaxat nè sint laquearia curæ,
Rupta vel inclusis scrinia diuitijs.
Pensilibusue hortis, & equorum examine, & inter
Ludicra, vel cithara perdere fila diem.
Otia sunt isthac, sunt otia frigida Regni,
Nil nisi quæ possis cernere, nosse procul.

O ter

Oter ALEXANDRO felix sub Princi-
pe Mundus?
O vigili, & vero credita cuncta Patri!
O felix, Patrui qui tanti nomine, FLAVI,
Tantus es, & proprio nomine crescis adhuc?
Nam iubar ille suum Tibi sol dum commodat,
in Te,
Qualiter in speculo, fœnora lucis habet.
Hinc eadem Tibi cura, eadem sub pectore
vota,
Quæque optat FABIVS, FLAVIVS
illa petis.
Et Pacem optatis, petitis bona pacis vterque,
Solaque terrarum pulsat vtrumque salus.
Est animus mundi Princeps: nisi Regna
cadáuer
Obtinet, est animus Principis, *Orbis amor.*
Vna salus rerum vos cognita pulsat amantes?
Vos vestro verè viuitis Imperio.



Ex Areolis Aromatum ad eorundem arculas, hoc est ab illorum cunis ad sepulcra, breuis traiectio: itum igitur ab hortis ad proximam Pharmacorum Officinam: Vbi natura, & ars collata opera hæc opera molitæ.

AD,

ADMIRANDVM XL.

E' grauitate leuitas.

NOn ex omni ligno Mercurius: adagium vetus. Ex omni plumbo Mercurius: experimentum nouum. Hoc autem ita fit. Redigitur plumbum in minutiſſima ramenta. Ea conijciuntur in aquam acrem, metalla ſegregantem. Huius efficacitas exprimit ex illa ſcobe Mercurium, ſeu viuum argentum, quod ſeorſim conglobatur. Tantum acrimonia valet ad ſeparandum pretioſum à vili: & vnius incoſtantiam ab alterius grauitate.

APODOSIS.

NOn ex omni ligno Mercurius? operoſa tamen Ars Mercurium elicit vel ex plumbo. Rudem, inertemq. materiam dum artificis excutit ingenium, ſemina ex illa eruit abſtruſa ſolertiæ. quis hìc ALEXANDRI VII. ſolertiſſimum non miretur ingenium?

Nihil

Nihil tàm hebes eſt, quod ille non excitet: nihil tàm lentum, quod ille non vrgeat; vt cætera, vel ex vno condiſcas, publicæ pacis, optatæque negotia ex quanto, vel torpore, vel funere ad motum, & vitam excitat ALEXANDER?

ALEXANDRI
SEPTIMI
Ingenium, & Solertia.

EXue Atlantiade pennas, ſubmitte Dracones:
Et lingua, & volucri vinceris ingenio.
Vincit ALEXANDER ſuperumque, hominumq; ſequeſter,
Cui lingua arcano, mens cui plena Deo *eſt.*
Conſilio celeri quàm tarda negotia mouit!
Quàm facili duras mollijt arte moras!
Molliet & mores ad pacis munera duros,
Et Regum felix ipſe ſequeſter erit.
Accipiant faciles, firmentq. hac omina Diui*:*
Sunt digna aſſenſu hac omina Cœlicolum*.*
Sequana tunc Bati concordibus influet vndis;
Arcana iunctum flumen vtrumque via.
Et decus, & terror pariter gens vtraq; Mundi,
Thra-

Thracibus, & Mauris vtraque flumen erit.
C HISIVS *hanc animum prius erudiebat in artem,*
Quando animum doctis artibus erudijt.
Est artes inter regnandi ars maxima: tantæ at
Nititur in reliquis artibus Artis honos.
Ite per Ascrai vocalia culmina Montis,
Siuè Hippocrenes quà leuis vnda sonat.
Quæ calamus lusit iuuenilibus ille Camœnis,
Quàm sapiunt Vatem carmina culta senem!
Sic cecinit Mantous olor, sic natus ad vndam
Aufidi, & hic Sulmo quem dedit vber aquis.
Corduba Pompeium Tragico sic alta cothurno
Induat, & grandi syrmate Melpomene.
Dicite, Pierides, vestris quàm fontibus aptum,
Quàm Phœbi dignum numine pectus erat?
Socratica erudijt FABIVM *mox porticus vmbra.*
Mox illi vmbrauit pectora docta Themis.
Diuinæque sagax penetralia Palladis intrans,
Quàm par arcanis ille Tonantis erat!
Credita nec solis fama est hæc tanta Magistris,
Nec patrios intrà constitit arcta lares.
Ingenio quoties FABII *certantis arenam,*
Et plausum, & frontis præmia Sena dedit?
Grande rudimentum studia hæc, has CHISIVS *artes*
Ponebat Mundi CHISIVS *ille capax.*
Nunc Regni molem ter magni maximus implet,
Et superat multo pectore maior adhuc.
Torquet ALEXANDRI *facili mens omnia nutu;*
Om-

Omnia ALEXANDRI numine fulta vigent.
Tanta Tibi interea, FLAVI, hac gratamur in ostro,
Quorum ipse in laudem pars quoq; magna venis.
Nam Tibi mens Patruo est sub pectore digna sagaci,
Qua potes inuectus, quò volat ille, sequi.
Obijce Pallene, nunc Protea, Phlegra Gigantes:
En habet Alciden orbis, habetque Iouem.
Consilio solers vos debellabit vterque
Plus est ingenio vincere, quàm gladio.

ADMIRANDVM XLI.

Aqua Lactescens.

INter ætatis aureæ prærogatiuas flumina recensentur lacte inundantia. Quod & Sibyllæ de Christi venturi temporibus ceci- nere, & ex eis retulit lacteus ille fluuius eloquentiæ Tullianæ Lactantius. quidni ergo nostrum hoc sæculum aureum nominemus; Quando tàm facilè possunt aquæ in lac transformari? Liquor est plusquam magicæ virtutis, cuius aliquot guttæ in aquam iniectæ,

Lactant. Firmian. Diuin. Instit.l. 7. c.24.

iniectæ, statim eam omnem in lac purissimum conuertunt. Si pluuijs diebus hoc liquore irrorentur viæ: & lacte pluisse dicetur extra portentum: & plures Galaxias aspiciemus in terris.

APODOSIS.

INgenuas hic præstigias, & candidam aspicis Metamorphosim. Simplicis aquæ crater arcani liquoris iniectu statim abit in lac. Miraris? at maius hìc Cœli, Gratiæque agnosce prodigium. Scelera homines cum sæpe bibãt, vt aquam, adhuc potum hunc impium in virtutum lac, arcano illapsu diuina Charis immutat. Ades è Cœlo testis, B. IOANNES CHISI: Crateris vndam Circæi cum biberes, propinante Deo, ad lactea transisti pocula sanctitatis.



B. IOANNIS CHISII

Sanctitas integerrima.

NVnc properate rosas stellatæ è Chloridos *hortis;*
Nunc poma è superi collibus Alcinoi.
Cœlicolum Doris nunc mixta corallia gemmis
Mittat ab æthereo munera prompta mari.
Nunc, & odoratæ Panchaia *mollior æthræ*
Mascula det sacris thura cremanda focis.
Inclyta sidereis cumulabo altaria donis,
Inclyta IOANNIS *nomine* CHISIADÆ;
Ille caput, Cœlo radiantibus implicat astris,
Amplius, & domino proterit astra pede.
Lubricus abstulerat Iuuenem per deuia callis,
Mox iniit solidam rectus in astra viam.
Quantus Acidaliæ miseris fuit error in hortis!
Sanctius errorem corrigit ecce nemus.
O nemus! ò Superis habitata frequentibus antra!
O illabentis conscia tesqua Dei!
Hic vbi Chisiades pompas simul exuit, omnes
Induit in panno paupere mentis opes.
Quicquid munditiæ sub nomine sorduit ante,
Mox fuit in sordis nomine mundities.
Fleuerat ille prius, prius at malè flerat, ad ignes
Cum fletum insana funderet Idaliæ.

Ra-

Ruperat & gemitus labefacto è pectore, cacis
Cum thyrsus quateret corda cupidinibus.
Nunc gemitum gemitus, lacrymam nunc lacryma tergit,
Quem dolor extimulat, quam pius excit amor.
Eumenis ab Iuuenum, quid iam desueta retentas
Tot Cytheraa rogis pectora? tot stimulis?
Sunt Iuueni flores, vrtica: est culcita, tellus:
Si gratum est, illi te quoque iunge thoro.
Hic tua frigebit fax, hic tua cuspis hebescet,
Hic vrtica tuas deteret illa rosas.
O amor! ò magni pulcherrima monstra Tonantis!
Numinis ò semper prodiga diua Charis!
Arcana velut arte liquor diffusus in vrnam,
In subiti lactis pocula vertit aquam,
Torrentis sic instar aqua dum crimina potat,
Infudit succum Gratia Chisiada.
Quem Iuuenis postquam cordis cratere recepit,
In lac virtutum criminis vnda migrat.
Ille Deo lactens adolescit, & orbe lacertis
Arduus excusso crescit in astra Gigas.
Crescit, & in se se cõtempta vt vindicet astra,
Astris contemptum deuouet ipse sui.
Ergo breui inclusus deuincta carcere vita,
Virtutum hac obit in compede liber, agros.
Compede & hac liber calcata cucurrit in astra,
Qua super, ambrosiam numinis ille bibit.
Et bibit ambrosiam, numen; plenoq: beatus

Q Pe-

Pectore CHISIADAS CHISIUS
ille beat.
Expectatque suos simili sibi sorte beandos,
Quos sibi nunc similes efficit integritas.
Muricis. & Regni ferat illos gloria terris,
Gloria vitutum maior in astra feret.

CHISIA

Morum integritas.

N*Iues, lilia, lac, ligustra, veras*
Aiant integritatis esse voces:
H*æ sunt integritatis vmbra voces.*
Soluuntur tepidos niues ad Austros:
Arent lilia: lac acescit: vno
Et cana intereunt ligustra Sole.
Omnes integritas, sed ipsa Soles
Quo vultu semel emicat, perennat.
Illi nomen vt adnotes, nitentis
Cæli consule paginam eruditam.
Sidus hanc ego CHISIVM *vocarem:*
Sidus hoc ego CHISIOS *vocarem.*



CHISIA

Iustitiæ integritas.

SI quis Chisiaci quod esse credam
Sidus nobile stemmatis requirat,
Sit pulchris licet ignibus venustum,
Non illud Venus est, sed est Virago.
Nil hoc Principe sanctius, nec illis
Quicquam lancibus æquius renidet:
Astrum hoc quis neget esse Virginale?
Nec fulgor sterilescit otiosus;
Si procax manus, & rapax Tyranni
Terrarum malè parturit tumultus;
Iusta quæ benè fulget, & pudica,
Virgo est, sed parit vna faustitatem.

ADMIRANDVM XLII.

Ferri, & Aquæ pugna.

QVantum terroris incutiat ferrum necesse est, si vel eius cineres tumultuosos, pugnaces, atq; horrificos experimur! Admota lima durissimum metallum ferreis dentibus corrodit, eradit, in puluerem re-

Scelera ab ALEXANDRO SEPTIMO depulsa.

Abeste scelera: Praeco Romulei Patris
Edico, abeste: quicquid infecit solum
Atrox, cruentum, perfidum, incestum, impium,
Vrbem relinquat exul, & Scythiae aut petat
Inhospitalis saxa, vel properet nigra
Inter latere nemoris Hyrcani iuga.
Si restitet, citare vel si quod gradum
Scelus repugnet contumax, illi graui
Fabij rotandum fulmen edico manu.
Abeste, moneo, scelera, properate hinc procul.
Abiere nempè scelera properarunt procul,
Anhela, trepida, misera, desperantia,
Depulsa voce, nè dum ALEXANDRI manu:
Regnator Orbis, Herculem vt verè hunc tuum
Virtute pulchra monstra sternentem probat!
Quid haeresis nunc Hydra, damnatum gelu
Monstrum perenni centiceps, quid nunc fremis?
Irrepe in Vrbem, mitte odorantum Canes,
Auresque fidas: liuor hic se se tuus.

Obscæna, rumpet: nulla Lernaam hic olet
Palus Mephitim: Virus hic nullum tumet;
Sed fontis euolutus ambrosij latex;
Cœlique redolens grata virtutes Hybla.
O Virgo, salue, Virgo nunc tandem Polo
Relapsa terris; sæculum salue redux
Melioris auri; CHISIAM *hoc Quercum decet;*
Hanc Montis Astrum CHISII *ætatem refert.*
Faustè, ac beatè: Scelera dumtaxat procul
Expulsa, nunquam Regna ALEXANDRI *pede*
Posthac retentent impio. Attriti vt scobem
Si fortè ferri Chimicus vnda misceat
Rodentis in cratera, cum crebra face,
Valido & fragore fulgurat crater tonans,
Metusque parua mole populorum refert
Ætnam, & Vesuuum: parceret patiens liquor
Argento, & auro, sæuus in ferri scobem;
Fragore tanto, & igne non vano suas
In scelera fortes FABIVS *armabit minas,*
Armabit ipse, & FLAVIVS *fortes minas*
In scelera; FABII *nempè purpureus Nepos*
Exempla vi sequutus, & vultu pari.
Sed iam vacant tonitrua, iam cessant minæ,
Iam trepidum, & exul omne discessit nefas,
Negotiumque sumit astrorum fauor,
Charisque larga munerum. Vbi tantum inclyta
In

In temperante sceptra virtutis micat;
Vbi sola virtus præmia, & plausum refert,
Probrosa se se scelera spectari hic pudet.

ALEXANDRI

SEPTIMI

Victoria in aduersis.

L*Itabo vota: Templa stellantis Poli*
Fauete; Cœlo digna concipiam preces;
Arasque, & auras thure virtutum pio
Dum CHISIVS *vaporat. & grata occupat*
Cœlum omne nube, largus in Charitum Polus
Effusus imbres, Regna fortunet FABII;
Astra obsequantur, seque sic Mundo probent
Sapiente ductu Consilî, haud casu regi,
Quæ luce meritam fausta Virtutem colant.
Hæc CHISIO *litata: nunc aliquid nouum*
Litabo & Orbi: Vota concipiam modo
Quo nempe, & Herculem, atque ALEXANDRVM *decet.*
Aduersa si qua parere decreuit solum,
Iouisque Regnum tertij si quæ parat
Metuenda Mundo, dira, funesta, horrida,

Properate, Vaticani dum clauis tenet
Clauamque Regni Herculea ALEXANDER *manu,*
Properate monstra: Hunc *Herculem decet hic labor;*
Mittet & hic astris CHISIVM *Alciden labor*
Video ne? Surdis *verba non fudi malis:*
Adsunt profunda noctis ex imo specu
Eumenides atra; & bella, & esuriem, & luem
Spargunt per Orbem, Romuli & in Vrbem vehunt.
Venetos, Polonos, *Thracius, Suecus furor*
Armis lacessit: Milites, aurum, preces,
Consilia ab Vrbe mittit, atque animos Parens:
Hoc si parum est, Victoriam mittet Parens.
Vultu at quid arua squallido vastas, fames?
Peregrina te subuecta propellet Ceres
Auro parata multo ALEXANDRI, *& suis*
Impensa populis. Horrea haud Vrbis timent
Quando Vrbi diues arca Regnantis *patet.*
Satin, malorum? dira Parthenopem lues
Populata, nec dum Satura, *Romulei subit*
Regnumque, & Vrbem Patris. Et pestis sciat
Quid prouida valet mens ALEXANDRI, *& manus.*
Par illa quarere remedia, & hac exequi.
Quid non saluti corporum, quid non pius
Prouidit animus ille, populorum salus?

En-

Extrema vel per damna tanti est hunc Patrem
Nouisse, Roma. *Victa iam fugant mala,*
Et lapsa Cælo *faustitas terras colat:*
Regnante FABIO *tota nam Cælum est*
humus.

ADMIRANDVM XLIII.

Pretiosa Ruina.

EXhaustum vno haustu Regnũ ab Antonio, miraculum olim fuit Ægyptiæ, feminæque prodigentiæ. Nunc acetum illo voracius ita margaritam absumit, vt in pellucido liquore illius nihil appareat. Sed alius superuenit liquor, tanquam exactor depositi pretiosi, qui acidum elementum omne rimatur, margaritæ reliquias minutissimas vndique conquirit, & colligit, ac demum in aceti fundum præcipitat. coactus in vnum puluis dignè sustinet nomen vnionis: & humoris ima petens, natale repetit solum.



APO-

APODOSIS.

QVid cœlestem virtutis imaginem ad viuum magis referat, quàm Cœli filia Margarita? Solutum aceto in hoc cratere aspicis vnionem? Illum paruulæ guttæ rursum cogent in puluerem hominum vitæ maxime salutarem. Et hìc audiunt statim oculi, vbi scilicet margaritæ loquuntur. Munificæ Charitatis CHISIÆ nobilissimi sunt interpretes vniones: quando ALEXANDER VII. aliorum bono viuens, bona sua soluit in commoda aliorum.



ALE-

ALEXANDRI SEPTIMI

Charitas munifica.

Regnorum latro nobilis nec vno
Contentus Macedo superbus orbe,
Vrbes prodigus idem, & occupata
Victis barbara Regna diuidebat.
Ergo munificum canora fama
Pellaum tuba iactat; hunc, & ipse
Iacto munificum, sed & latronem.
Aure illudere Montium *petito*
Per tot vulnera fluminumque damna;
Cum possis inhiare regna, nolle:
Nec deposcere, at infulas & ostrum
Et mundi triplicem pati coronam:
Tum qua munera contulit Potestas,
Vt serues alijs putare, tantùm
Vno hoc commoda iure commodata,
Virtutis iubar hoc, hic est Apollo,
Hic Apolline *maior est Apollo.*
Magnum nomine maximus relinquit
Se se CHISIVS *infra: & hic latronem*
Princeps munificentià triumphat
Pellaum FABIVS. *Profusiora*
Largi munera proferunt Dynastæ,
Reges munera, Cæsaresque, *& ipsi*

Grata

Grata Pontifices manu merentem
Non vna vice CHISIVM *lacessunt:*
Maior muneribus remittit ille
Vltrò munera tot sibi erogata.
Nunc, suffragia conferente Cœlo,
Idem regnat ab Arce Vaticana.
Regnat, nec rapit illa dextra Mundum,
Mundo at dextera consulens profundit.
Testor, si qua fides, & Vrbem, & Orbem:
Auditis? popularis hinc egestas,
Hinc, & nobilitas dat ægra plausum:
Plaudunt hinc Venetique, & inde Rhæti,
Victuriq; Sueciam osculantur
CHISI munificentiam Poloni.
Cunctis dextera consulens. in omnes
Aurum fudit; at ipsa, qua profudit,
Grandi grandior eminebat auro
Appendix pretiosa Charitatis.
Iam vos quotquot Apelladæ, aut Apelles
Iussu Romulei Patris, Quirini
Celso in culmine pingitis superbam
Vestris artibus ambulationem;
Tantis sumite digna penicillis
Argumenta: quid inter hæc reposcat
CHISI *munificentia, edocebo.*
Eoum Pater alterà, alteràq;
Solem Chisiades manu occidentem
Tangat: Sic Iuuenis Scythis placebat
Expressus Macedo: sed ille furtis
ALEXANDER vtrumq; obiuit Orbem:
Orbem prouocat his vtrumq; donis.

AD

AD CHISIAM

Munificentiam.

NIl est, diuitijs quod inuidendis
Optet ambitiosiùs videri.
Gemma nobilis, vnioq; & aurum,
Et quà Regia fulget omnis, vno
Viuit in populo vidente gaza.
Quam si sollicità recondit arcà
Inflantis sera, pessulusque auari,
Se se scilicet interisse credit.
Nunc vos munificos opes superba,
Vultis Chisiadas heros habere;
Vultis viuere vos, opes superba.

In idem.

TElluris genitum, omniumq; venis;
Humana columen, decusque vita,
Aurum dicitur alter esse sanguis.
Omnis hoc sine languida est Potestas*;*
Omnis est sapientia indiserta;
Et qua tollitur, alget ipsa virtus.
Vita viuidus at minister, vno

Hoc

Hoc discrimine, sanguis alter aurum est:
Venis viuere dat cruor repostus;
Aurum viuere dat benè erogatum.
Hoc si mille probant pericla verum,
Habent Chisiada perennitatem.

ADMIRANDVM XLIV.

E Mercurio Phaëthon:

Appositè Mercurium veteres capite, pedibusque finxerunt alatum; quippe qui gemino faciens commercia mundo è terris identidem reuolabat in Cœlum; Si qua fabulis fides. Mercurius Chimistarum etiam sine alis in altum sublimis volat (nisi alæ eius dicantur alæ ignis) vnde sublimati nomen accepit. Candidus hic liquor in phialam aquæ plenam instillatur; Et illicò per eam fusus, aquæ ita commiscetur, vt ab ea discerni nequeat. Quòd si genus olei quoddam superijciant, statim humor omnis perturbari, decolorari, longè alius videri. Mox verò, quasi consumpto exhaustoque furore, cadit vna cum ira iratus liquor, ac residet in fundo vasis: lepidaque metamorphosi è sublimato fit præcipitatus.

Claud. l. 1 de Raptu.

APO-

APODOSIS.

SVblimatum innatare vides argentum? Mox operosi aspergine olei præcipitatum aspicies. Et hoc è multis pretium habet hæc opera: Si quid carnis putrescat in vlcere, hoc medicamento redintegrata cute detergitur. Cicatricosam ex primigenia labe naturam, qua ope, quæris, ad sanam adeò, integramque virtutem vindicauerit ALEXANDER? Quicquid leuitatis improbulæ innatare solet in pueris, modestiæ super iniectu cum sui victoria perdomando depressit.





ALEXANDRI
SEPTIMI
Infantia, & Pueritia.

INfantem, Puerumque delicatis
Blandisq; Hendecasyllabis volebant
Nostræ dicere Te, FABI, camœnæ.
Infantis, Puerique nihil repertum est,
De Te quod canerent, FABI, camœnæ.
Ætates Tibi quis duas negauit?
Vel quis surripuit has duas? requiro.
Has natura reposcit, has Parentes,
Qui Te lacteolo tueri in ore;
Qui Te deliciumque suauiari, &
Te gestire velintq; peruelintq;
Vix Tu quatuor vsque, quattuorq;
Lunis se reparantibus, liquata
Vitæ pabula sugis ad papillas:
Infans nulla crepundia, & Puellus
Nullam poscis arundinem, pilamq;
Vix Tu semiloquentibus labellis
Balbutire tenellulus Parentum
Nosti nomina; literariaque
Instas iam Abecedarius tabellæ.
Vix lallare elementa, syllabisque
Voces omnibus integrare nosti.
Et iam fortia lectitare Diuum
Gesta, hæc vna legentis est voluptas;

Mox

Mox quæ grata Puertia *est voluptas?*
(Tantis ò bene destinate Regnis :
Quæ fundant Pietasque *litteraque)*
Gauisa est pietate, litterisq;
Constans *illa* Puertia . *In modestis*
Fallunt tempora lusibus sodales ;
Sed tu iam grauior, modestiorq;
Promptos *esurientibus libellos ,*
Et pastis benè deuorans ocellis ,
Imples *tempora serijs sodalis .*
Non ergo hanc Pueri *voco, nec illam ,*
Ætatem Puero *voco minorem:*
Hac est ipsa virilitas , & ipsa
Hæc , ipsissima mentis est senecta .
Fecisti, mihi crede, grande furtum ,
Fecisti , FABI, *& vltrò, & euidenter .*
Ætates geminas amœniores
Naturæ genitoribus , tibique
I*llis moribus ipse surpuisti .*
Ergo cum Pylij *beatus annos*
Orbi vixeris vsque sospitando ,
Et iam collibeat migrare terris ,
Hoc vt vita piaculo expietur ,
Auctos imperio, grauique fultos
Virtute , & Sapientia decoros ,
Naturæ Genitoribus *, Tibiq;*
Hos *annos prius integros reponas ;*
Tunc si collibeat migrare terris ,
Terris tunc ego te migrare nolim .

ADMIRANDVM XLV. & Vltim.

Frondens Argentum.

RESpondet finis initio. Primum Admirãdum planta fuit, non propter aquas, sed in aquis nata, & adulta. Postremum similis arbuscula, sed quo splendidius coronaret opus, argentea. Quale verò miraculum, vitrea in ampulla aquæ solum stillaticię plena, nullo de semine (quod plus est quàm è cineribus) post vigesimum ferè diem pullulasse non lignum, sed argentum! Hoc enim vero viuum potius appellandum, quasi vita præditum vegetante: Non aliud, quod id nominis duxit ab inconstantia. Vidisses admirabūdus, è fundo vasis emicare stirpem verè illustrem, quippe argenteam: & herbescentem splendorem germen effundere, multifidis veluti surculis circumseptum. Inde pretiosum stipitem in plures ramusculos dispergi, è quibus non tam frondes eminent, quàm pinnulæ, ac propemodum hastulæ quædam, quales in cupresso cernuntur, aut in iunipero; cui spina pro folio est. Et appositè argentū frondescit in spinas; cuiusmodi sunt diuitiæ, Docēte Deo. Subtilia, hæc folia quasi

Plin. l.8. c 24. Card. de subtil. l.5 de mix.

ha-

hastulę argenteæ pugnare videntur pro subtilitate Cardani contra Scaligerum: Vbi ille metalla viuere contendit? Ac si dictum ipsi quoque fuisset. *Hastis pugna argentatis, atque omnia vinces*: Quanquam, & auro, quod potentius est ictu fulmineo, ad suam tuendam sententiam vti poterat, eo videlicet auro, quod Aristoteles (si tamen Aristoteles est) in admirandis suis, seminatum adolescere, tradit circa Philippos Macedoniæ: Et in Pieria mandatum terræ renasci. Vel eo, quod recentiore memoria in Hispaniola fertur ex humo plantæ instar prodire. Vel quod in Hungaria prope Danubium è vitibus clauiculos, & pampinos fundit pretiosos. Sed hæc omnia tela vno vmbone repellit vera Philosophia, cum doceat, adiectione materiæ metallum crescere, non nutritione naturæ. Argentea denique planta nullum vernat in florem: quia tam formosa, tam splendida ipsa sibi flos est.

Oraculū Philippo redditū.

Apud Arist. in admirat. c. 40. & 16.

Pet. Martin. Hist. Ind.

Al. ab Alex. l. 4. c. 9.

APODOSIS.

VEr nouum aperuit nobis CHISIÆ benignitatis amœnitas. Exeunte Maio redire iussit Aprilem. Argenteum germen apparuit in terra nostra; cui non altrix aqua, sed genitrix. Nec

lacte opus habet alieno, quod nutritur argento suo. Inter tot medicas plantas, hæc vna desiderari videbatur, quę morbum sanat grauissimum, paupertatem. CHISIVM sæculum hoc monstratur ostento; Argenteum simul, & Aureum. Neque enim vno stat pretio tam felix ætas.

Chisium Sæculum Argenteum.

Saecula lætanti redeunt argentea Mundo:
Quando noua argẽti pullulat arte frutex.
Cernitis, vt medijs arbuscula surgit ab vndis:
Et cohibent puras vitrea septa comas?
Abdita crystallo species pretiosa nitenti
Ridet, & innata prodita luce patet.
Pellicit optati soboles ramosa metalli,
Lubrica dum sistit lumina forma rapax.
Talibus auspicijs argentea nascitur ætas;
Quam referunt Orbi CHISIA *regna suo.*
Qualis erat Ioue sub domino; ni falsa vetustas,
Cum pepulit studijs otia lenta nouis.
Cum varias addens pigris mortalibus artes,
Sollicitas operi iussit adesse manus.
Filia tùm sylua pinus descendit in vndas,
Aërijs vmbram fundere docta iugis.
Et dedit æquoreis turgentia carbasa ventis;
Siue Tuis, Oriens; Hespere, siue Tuis.

Tum


Tum quoque compositis innixa mapalia tignis
Traxerunt homines in sua tecta vagos.
Tum didicit curuum deducere taurus aratrum;
Supposuitq; graui libera colla iugo.
Vomis, & effosso cœpit splendescere sulco:
Primaque mollito semina iacta solo.
Agricola stimulante manu tum fertilis arbos
Protulit artifici mitia poma suo.
Et varijs halans adoleuit floribus hortus;
Cui gelida arentem sustulit vnda sitim.
Iuppiter vt turpi releuaret corda veterno,
Diuersas operum iussit obire vices. (ætas
Nunc etiam argento dum CHISIA *candicat*
Debitus ingenuis artibus instat honos.
Aspicis, vt totà Maiestas Vrbe *resurgat:*
Cæsareo qualis tempore fulsit auis?
Flaminia lustrare libet, seu limina Portæ;
Regali ingressu Maxima Roma patet.
Virginea seu templa vides confinia Matris,
Templa recèns cultu splendidiora nouo:
Fornicis augusti nitidum mirabere culmen,
Diuitiasque pias, artificesq; manus.
Quin & Agonalis propter longa æquora Circi,
Pacifera splendet Virginis alma domus.
Porticus hanc aperit niueis suffulta columnis;
Et vetus inde nua fronte coronat opus.
Ars ità florescit, stabilem quæ construit ædem,
Quæque homini surgit debita, quæque Deo.
Quid referã vt priscos pictura reportet honores
Dum nouus antiqua nascitur arte labor?
Magnus ALEXANDER *studiosũ fouit Apellẽ*

Cui dedit effigiem pingere posse suam:
Maior ALEXANDER plures exercet Apel-
Alta quirinali quà sedet Arce Domus. (les,
Iamque palatino mutarunt vertice Musæ
Castaliasq; vndas, Pieriumq nemus.
Quin oblita suas Tritonia Pallas Athenas,
Figere Romulea gaudet in Vrbe gradum.
Omnis eat doctis operata laboribus ætas,
Dum notat argenti CHISIA secla nitor.

Chisium Sæculum Aureum.

NOn *satis exoriēs arbuscula diues ab vndis*
Exprimit Argento CHISIA *regna suo.*
Vilius Argentum *est auro; pretiosius aurum*
Materie debet nobiliore fieri.
Seminat argentum quæ dextera, seminet aurū:
Verior expinget CHSIA secla color.
Aurea si glandes cumulauit honoribus ætas:
Auratas *glandes* CHISIA Quercus *habet.*
Si valuere æuo felici Aequumq; Fidesque:
Nunc in amore Aequū, nūc in honore Fides.
Dulcia tum placidos suadebant otia somnos:
Viuere nunc tutis pace iubente licet.
Nunc etiam puro decurrunt flumina lacte;
Cum viget integritas, innocuusq; pudor.
Nunc etiam fuso labuntur nectare riui;
Cum facilè imperium subdita corda regit.
Mella quis ignorat quercu sudantia; quà se
Roborea iunxit CHISIA *nobilitas?*
Montibus asperis sapienter consita Quercus;
Non

Non timet irati concita flabra Noti.
Iulius hanc posuit bis terni in vertice Collis,
Vt toto aeternas panderet Orbe comas.
Quaeq; bis explicuit septem de Collibus umbras,
Robore sustentat tertia regna suo.
Credita Chaoniae sileant miracula sylvae.
Et Dodonaeis ara repulsa sonis.
Siue ibi vocales fudere oracula plantae;
Seu responsa canens bina columba dedit.
Fatidicae specie quercus decepta vetustas,
Saepe Iouis fertur consuluisse nemus.
Falsa sed ancipiti ludebant carmina sensu,
Tempore mendaces testificante notas.
Verior en reddit Diuina *oracula Quercus,*
E Vaticano Vaticinata iugo.
Aethere nec desit toties delapsa columba;
Chrystadum sacrum tangere visa caput.
Rebus in ambiguis responsa hinc postulet Orbis,
Surgit vbi haud vano quercus amica Deo.
Cuius honoratas mundum decerpere glandes
Nil mirum; reuocans Aurea secla dies.



ADMIRANDORVM ANACEPHALEOSIS

Et ex eis Corona

Christiani generis Capiti accommodata.

Edite ALEXANDRO rerum miracula? Vobis
Hunc mage mirandum subditus Orbis habet.

1 *A cinere, & lymphis plãta primordia, Cœpit*
A loculo, & lacrymis GHISIVS *Imperiũ.*

2 *Cum pelago crescit fons, & decrescit. Vtrãuis*
Fortunam aut reprimit CHISIVS, *aut tolerat.*

3 *Ducitur arcano motore columba. Volutas*
Si quid ALEXANDER; Spiritus *intus agit.*

4 *Vnda parit flammas. Lacrymosaq; tempora monstrant,*
Quantus ALEXANDRO *sit popularis amor.*

5 *Ascendunt globuli, & descendunt.* CHISIVS *vnà*
Tollitur ad Solium, flectitur ad tumulum.

6 *Quis-*

6 *Quisque locum repetit mistus liquor. Aequa voluntas*
CHISIA *ius gaudet reddere cuiq; suum.*
7 *Musica Phonascû subitò facit arca. Poësim*
Perlege Philomathi: Flaccus, & alter eris.
8 *Sicca docet stipula, hic magis an minus, humeat aër.*
CHISIA *mens hominum dispicit ingenia,*
9 *Effigies multas creat vna. Exemplar ad vnam,*
Spectat ALEXANDRI, quidquid vbique probiest.
10 *Ad digiti arbitrium cadit, atque assurgit imago.*
CHISII ad imperium Tartara, & astra patent.
11 *Quà vacat argento instabili tubus; halitus implet.*
Cassa opibus, Numẽ CHISIA *corda replet.*
12 *Frange apicem, vt solidus frãgatur vitreus orbis*
Quaeris ALEXANDRVM *laedere: laede Deum.*
13 *Splendet, non vrit, quam spectas, flamma. Potestas*
CHISI A opẽ nouit ferre: nocere nequit.
14 *Pondera, vectem addens trutina, grauiora leuabis.*
Iusta in ALEXÃDRO, *munificaq; manus.*
15 *Quam varia è speculo forma! Sic omnibus vnus.*

For-

Format ALEXANDER *moribus acta suis*.

16 *Horas in gyrũ* Puer *indicat*. *At Tibi* Princeps,
Aptiùs annosus monstrat in æde senex.

17 *Reddit* ALEXANDRVM *in* Speculo *sapientia imago*.
Qui meliùs queat hũc pingere; nullus erit.

18 *In cono speculi apparent Natusq; Paterq;*.
Vno at ALEXANDRI *lumine vterque nitet*.

19 *Augusti sobolem gemina expressere colũna;*
Ter Sanctus Patruus *queis caput, & basis est*.

20 *Montibus impositus quinis mõs, mole rotatur*.
Regibus ore Dei CHISIVS *impositus*.

21 *Voluuntur libri non deuoluuntur. Acerbis*
Casibus vrgetur CHISIVS, *haud teritur*.

22 *Ascendit rota mole sua. Fastigia rerum*
Scandit ALEXANDER, *nõ ope, sed merito*.

23 *Subsistit lapsu in medio pila lubrica. Mũdum*
Quis nisi ALEXANDER *præcipitem retinet?*

24 *Conciliant sparsos multãgula vitra colores*.
Cunctorũ laudes CHISIVS *vnus habet*.

25 *Augetur lumen crystallo obstante. Nitorẽ*
Virtutum exauget Pontificale *iubar*.

26 *Vsque* Puer *sequitur, qua* CHISIA *fertur imago*.

Om-

Omnia ALEXANDER *sic sibi corda rapit.*

27 *Nil pati ab igne timet asbestina lina. Ruina;*
Orbis ALEXANDRVM *nil pauidum ferient.*

28 *Multiplicata nitet speculis virtutis imago.*
CHISIA *quot virtus funditur in facies!*

29 *Stellanti gradauus Atlas sub mole laborat.*
Robur ALEXADRI *non grauat Orbis onus.*

30 *Quatuor emanant vno de fonte liquores.*
Omnia sic factus CHISIVS *omnibus est:*

31 *Lacteolos fontes Isis mammosa recludit.*
Principe ALEXANDRO, *flumina lactis eunt.*

32 *Vnica lympha fluēs triplici se fōte refūdit.*
CHISIA *Maiestas vna*; *Corona triplex.*

33 *Pieridès plaudunt choreas ad murmura fontis.*
Philomathi Musas celsior vnda mouet.

34 *Impetus athereā molem cōtorquet aquarū;*
Nutus ALEXANDRI *lenius orbē agitat*

35 *Quantum fundit aqua serpens, tantum ebibit ales.*
Quicquid habet Cælo CHISIVS *omne refert.*

36 *Clepsydra metitur volucres reuolubilis horas;*
Tempora ALEXANDER *dinumerat meritis.*

37 *Effundit solo se lympha calore diurno.*

Solus

Solus ALEXANDRVM *Numinis ardor agit.*

38 *Surgentes in aquis Genios, horasq; docentes Respicis? Aligeri* CHISIA *facta notant.*

39 *Hora quota est vbiuis, moles horaria monstrat.*
Quidquid vbiq agitur CHISIA *cura vides.*

40 *Segregat à plumbo argētum acris lympha. Merentes*
Discernit Princeps acer ab immeritis.

41 *In lac vertit aquas humor superadditus. Æquans*
Pontificis mores, lacteus Orbis erit.

42 *Mollis aqua in duri pugnat ramenta metalli,*
Mitis ALEXANDRI *mens fera bella vetat.*

43 *Vnio colligitur paulò ante liquatus aceto.*
Concilians Reges CHISIVS *vnus adest.*

44 *Sublime argentum mox præcipitatur ad imum.*
CHISIVS *Imperiū non patietur opum.*

45 *Nascitur è lymphis argēti arbuscula, Secla*
Lacryma ALEXANDRI *quàm pretiosa dabunt!*

Nil admirari si fecerat antè beatos?
Iam dicta admirans cuncta, beatus eris.